

gulae statuunt, quas episcopum vestrum apud se penes vos positum prae manibus oportet semper habere.

XXXI Circa fures animalium si non misericordia, saltem legum edicta servantur.

XXXII Similiter de his, qui virum aut feminam rapuerint, permittimus.

XXXIII Quando proelium inire soliti eratis, indicatis vos hactenus in signo militari caudam equi portasse, et sciscitamine, quid nunc vice illius portare debeatis. Quid aliud utique nisi signum sanctae crucis? Ipsum est enim, quo Moyses mare divisit et Amalech interfecit, quo Gedeon Madianitas superavit et Christus dominus noster diabolum, qui habebat mortis imperium, non solum superavit, sed et prostravit. Ipsum est signum, quod portamus in frontibus nostris, ipso a cunctis defendimur hostibus et ab omnibus munimur incursionibus. Hoc est signum fidei et ingens horror diaboli, quo Christiani principes in necessitatibus suis semper utuntur et reges veram religionem sectantes saepe celebres Christo propitio triumphos de hostibus operantur. Sed ut manifestius sciatis, quid pro illa equina cauda in signum debeatis militare convenientius, cum in apparatus belli proceditis, portare, pauca de Constantini actibus memoranda ducimus, qui piissimus Romanorum extitit imperator et Christianitatis famosissimus omnium propagator. Ille quippe cum adversus Maxentium urbis Romae tyrannum exercitum duceret — erat quidem iam tunc Christianae religionis fautor, nondum tamen, ut est sollemniter nostris initiari, signum dominicae passionis acceperat, cum igitur multa secum de instantis proelii necessitate pervolvens iter ageret atque ad caelum oculos saepius elevaret et inde sibi divinum precaretur auxilium, vidit per

kánony, které biskup u vás ustanovený má mít vždy po ruce.

XXXI Co se týče zlodějů dobytka, ať se zachovají aspoň zákonitá nařízení, když ne milosrdenství.

XXXII Stejně to doporučujeme stran těch, kteří uloupili muže neb ženu.

XXXIII Připomínáte, že když jste šli do boje, obyčejně jste nosovali doposud jako vojenský praporec koňský ocas, a ptáte se, co byste měli nyní nosit místo toho. Co jiného nežli znamení svatého kříže? Ono jest to, čím Mojžíš moře rozdělil a Amalekity pobil, čím Gedeon Madianské přemohl a čím Kristus náš Pán ďábla majícího moc nad smrtí nejen přemohl, nýbrž i potřel. Toto znamení nosíme vše před sebou, ono nás chrání proti všem nepřátelům a kryje proti všem útokům. Je to znamení víry a nesmírný postřach ďábla. Křesťanští panovníci ho vždy užívali ve svých nesnázích a králové držíci se pravého náboženství často jím, s přispěním Kristovým, dobývají triumfy nad svými nepřáteli. Ale aby vám bylo jasnější, co byste měli, když odcházíte na válečnou výpravu, nosit vhodněji místo toho koňského ocasu jako vojenský prapor, domníváme se, že bude dobré uvést něco málo z akt Konstantina, zbožného císaře římského a ze všech nejproslulejšího šířitele křesťanství. Když totiž vedl vojsko proti Maxenciovi, samovládcí města Říma, — tehdy byl již sice ochráncem křesťanského náboženství, ale nepřijal ještě, což se u nás obyčejně děje na křtu, znamení utrpení Páně, — když tedy na pochodů mnoho přemýšlel o nutnosti nastávajícího boje a častěji pozdvíhoval oči k nebesům a odtud si vyprošoval božskou pomoc, spatřil ve spánku na východní straně na nebi znamení kříže zářící ohnivým leskem. Poděšen tak

Cf. Ex 14,
21; 17, 13
Cf. Jdc 7
Cf. Hb 2, 14

Tyrannus
Rufinus Ed.
Mommson.
Eusebii
1807, 2, 827

De
C
U
n
l
p
n
g
a
c

d
n
h
d
h
t
e
(2
in
te
M
pe
su
fu
cu
da
sa
sa
a
lin
ad
eti
me
tur
usc
gu
c
usi
pro
et
tic
his
mu
ner
fec
ad
loc
ant
lon
lus
Sla
sue
ma
cen
mer
is
alla

soporem ad orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare. Cumque tanto visu fuisset exterritus ac novo perturbaretur aspectu, astare sibi vidit angelos dicentes: Constantine, in hoc vince. Tum vero laetus redditus et de victoria iam securus, signum crucis, quod in caelo viderat, in sua fronte designat et hoc in militaria vexilla transformat ac labarum, quem dicunt, in speciem dominicae crucis exaptat et ita armis et vexillis religionis instructus adversus impiorum arma proficiscitur et sine cruore Romani populi, ut ipse Deum precabatur, Maxentio in flumen demerso de tyranno mirifice triumphavit.

XXXIV Praeterea consulitis, si debeat, quando nuntius venerit, ut ad proeliandum pergatur, mox proficisci an sit aliqua dies, in qua non oporteat ad proeliandum exire. In quo respondemus: Non est ulla dies in quibuscumque negotiis incipiendis vel exercendis penitus observanda, praeter, si nimia non urgeat necessitas, supra memoratos dies celeberrimos et omnibus venerabiles Christianis, non quo vel in his tale quid fieri prohibeatur, cum non sit in diebus spes nostra ponenda nec a diebus, sed a Deo solo vivo et vero salus omnis penitus expectanda, sed quo, si inevitabilis necessitas non est, vacandum est in his solito studiosius orationi et tantae festivitatis mysteria frequentanda; nam cum Hebraei quondam sabbatum observantes nolissent contra hostes suos die sabbatorum arma sustollere et Deus omnipotens, quod in se tantum et non in^u observantia dierum spes esset et fortitudo locanda, voluisset ostendere, occisi sunt ex eis mille viri, ita ut superstites poenitentia ducti invicem dicerent: „Si omnes fecerimus, sicut fratres nostri fecerunt, et non

hrozným viděním a znepokojen touto nezvyklou podívanou spatřil u sebe stát dva anděly, kteří pravili: Konstantine, v tomto hled' zvítězit. Tím byl potěšen a již nepochyboval o vítězství. Poznamenal se na čele znamením kříže, jež spatřil na nebi, přetvořil podle něho vojenské praporece a tak zvané „labarum“ (velitelskou korouhev) upravil na způsob kříže Páně. A takhle opatřen zbraněmi a náboženskými praporci vrazil proti branné moci bezbožníků, a jak o to Boha prosil, bez prveprolití římského lidu, — neboť Maxencius se utopil v řece, — dobyl skvělého vítězství nad tímto samovládcem.

XXXIV Další váš dotaz je, zda jste povinni, když přijde zpráva, aby se spěšně táhlo do boje, ihned se vypravit, či je snad nějaký den, kdy by se nemělo odcházet do boje? Na to odpovídáme: Není žádný takový den, který by se měl při započínání nebo provádění jakýchkoli záležitostí přesně zachovávat kromě — není-li nutnost přespříliš naléhavá — shora uvedených a všem křesťanům posvátných dnů. Ne že by snad v nich bylo zakázáno něco takového dělat, neboť nesmíme svou naději skládat na dny ani čekat všechnu spásu ode dnů, nýbrž zcela jen od živého a pravého Boha, ale proto že se máme o nich, nebrání-li v tom nevyhnutelná nutnost, horlivěji než jindy věnovat modlitbě a účastnit se tajemných obětí těchto velikých svátků. Tak na příklad když se Židé kdysi nechťeli pro zachování soboty chopit zbraní v den sobotní a všemohoucí Bůh jim chtěl ukázat, že nikoli v zachování dnů, ale jen v něho se má skládat naděje a síla, bylo z nich pobito tisíc mužů, takže ti, co to přežili, pravili k sobě kajícně: *Budeme-li si všichni*

I Mach 2, 40

^u in dopl. Deč.

pugnaverimus adversus gentes pro animabus nostris et iustificationibus nostris, citius disperdent nos a terra.“

XXXV Refertis, quod soliti fueritis, quando in proelium progrediebamini, dies et horas observare et incantationes et ioca et carmina et nonnulla auguria exercere, et instrui desideratis, quid nunc vobis agendum sit. De quo nos necessario vos instrueremus, nisi super hoc vos divinitus instructos contuemur; super divinum enim fundamentum nos aedificare quicquam non possumus. Igitur cum in proelium proficisci disponitis, quod ipsi commemorastis, agere in Dei nomine non obmittite,^v id est ad ecclesias ire, orationes peragere, peccantibus indulgere, missarum sollempniis interesse, oblationes offerre, confessionem delictorum sacerdotibus facere, reconciliationem et communionem percipere, carceres aperire, vincla dissolvere et servos et praecipue contractos et debiles atque captivos libertate donare ac indigentibus elemosynas erogare, quatenus impleatur, quod apostolus admonet dicens: „Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini Iesu.“ Nam illa, quae commemorastis, id est diei et horae observationes, incantationes, ioca et iniqua carmina atque auguria pompae ac operationes diaboli sunt, quibus, Deo gratias, iam in baptisate abrenuntiastis et haec cum vetere homine et actibus eius, quando novum induistis, omnino deposuistis.

XXXVI Si die dominico vel ceteris festis diebus, quando necessitas urguet, liceat ambulare vel ad bellandum procedere, ex tricesimo quarto capitulo harum responsionum nostrarum potestis advertere.

^v obmittite: omittere debetis *Deč*.

počínat, jako tito bratři naši si počínali, a nebudeme bojovat proti pohanům o své životy a zákony, vyhladí nás brzy se země.

XXXV Pravíte, že jste byli zvyklí, kdykoli jste táhli do boje, zachovávat při tom jisté dny a hodiny a provádět čáry, žertovné hry, zařikávání a některé věštby, a chcete se dát poučit, co máte nyní dělat. O tom bychom vás nezbytně musili poučit, kdyby nám nebylo zřejmé, že jste o tom poučení od Boha, neboť bez božského základu my nic nemůžeme stavět. Když se tedy chystáte táhnout do boje, jak jste sami připomenuli, neopomeňte to dělat ve jménu božím, tj. jít do kostela, konat modlitby, odpouštět hřešícím, obcovat mešním slavnostem, přinášet oběti, zpovídat se z pokleslým kněžím, dojit usmíření a společenství věřících, otvírat žaláře, rozvázat pouta, darovat svobodu otrokům a zajatcům, zvláště utýraným a zesláblým, udílet almužnu chudým, aby se naplnilo to, k čemu nás vybízí apoštol, když praví: *Vše, co činíte slovem neb skutkem, vše činite ve jménu Pána Ježíše*. To zajistě, o čem jste se zmínili, totiž zachovávání dne a hodiny, čáry, žertovné hry, bezbožná zařikávání a věštby, jsou okázalosti a skutky ďáblovy, kterých jste se již zřekli, Bohu díky, na křtu a úplně jste se jich zbavili se starým člověkem a s jeho skutky, když jste se oblekli v člověka nového.

XXXVI Zda je dovoleno cestovat nebo táhnout do boje v neděli nebo jiné svátky, když je to naléhavě třeba, můžete poznat z 34. kapitoly těchto odpovědí.

M
et
pl
Ur
ne
lu
pr
af
gl
ar
co

di
ni
ha
di
his
tex
(2)
inc
tex
Mo
per
sub
fue
cur
dar
sae
sae
a S
fini
adi
etia
mor
tur
usq
gun
C
usit
pro
et b
tico
hist
mu
nen
fect
ad c
loct
ante
loni
lus
Slay
suar
mar
cent
mer
lis t
alla

c 3, 17

c 3, 9—10

„

XXXVII Libros, quos vobis ad praesens necessarios esse consideramus, sicut poscitis, animo gratanti concedimus et plures Deo largiente praestare desideramus.

XXXVIII Dicitis, quod, quando in castris estis, orationem perfectam et congruam facere nequeatis, ac per hoc exponi cupitis, quid agere debeatis. Unde nos e contra suademus, ut, quanto plus hostes saeviunt et necessitas vel tribulatio incumbit, tanto instantius orationi operam detis. Nam patres nostri plus orando quam pugnando victores fuerunt et voti compotes plus precibus quam proeliis extiterunt. Denique Moyses orabat et Josue pugnabat, sed plus ille vincebat orando quam iste pugnando. Aptius ergo ab armis quam ab oratione vacandum est.

XXXIX De consanguinitate generationum exquiritis, ut, quibus utique feminis iungi debeatis, liquido cognoscatis. Verum, quod leges hinc sanciant, iam meminimus et denuo memorare summam operae pretium ducimus. Aiunt enim: „Ergo non omnes nobis uxores ducere licet: nam quarundam nuptiis abstinere debemus. Inter eas enim personas, quae parentum liberorumve locum inter se optinent, nuptiae contrahi non possunt, veluti inter patrem et filiam vel avum et nepotem vel matrem et filium, aviam et nepotem et usque ad infinitum. Inter eas quoque personas, quae ex transverso gradu cognationis iunguntur, est quidem similis observatio, sed non tanta.“ Sacri vero canones et praecipue Zachariae summi praesulis decreta quid hinc promulgent, episcopo vestro vobis explanandum* relinquimus.

XXXVII Knihy, jež pokládáme v přítomné době pro vás za potřebné, s radostí vám přenecháváme, a dá-li Bůh, rádi vám jich poskytneme ještě víc.

XXXVIII Říkáte, že když jste v táboře, nemůžete se dokonale a náležitě modlit, a proto byste rádi byli poučeni o tom, co máte dělat. Nuže, naopak radíme vám, abyste tím horlivěji konali modlitby, čím víc zuří nepřátelé a dolehá nouze a soužení. Naši otcové zajisté vítězili spíše modlitbou než zápolemím a spíš prosbami než bitvami docházeli k splnění svých tužeb. Zkrátka, Mojžíš se modlil a Josue bojoval, ale onen spíš vítězil modlitbou než tento bojem. Proto by bylo případnější vzdát se zbraně než modlitby.

cf. R 12, 12

cf. Ex 17, 11—13

XXXIX Ptáte se na krevní příbuzenství rodové, aby vám bylo jasné, s kterými ženami se smíte ženit. My jsme vám sice již připomenuli, co o tom stanoví zákony, nicméně myslíme, že to stojí za to znovu se o tom zmínit. Práví se totiž v nich: „Není nám tedy dovoleno ženit se se všemi, neboť s některými se musíme zdržet sňatku. Nemůže být přece uzavřen sňatek mezi osobami, které jsou si navzájem v poměru rodičů a dětí, jako mezi otcem a dcerou, nebo dědem a vnučkou, matkou a synem, bábou a vnukem, a tak do nekonečna; rovněž ne mezi osobami spojenými spolu v postranní stupnici krevního příbuzenství, kde platí sice podobné pravidlo, ale ne tak rozsáhlé.“ Co však o tom stanoví posvátné kánony a jmenovitě dekrety nejvyššího velekněze Zachariáše, ponechali jsme vašemu biskupu, ať vám to vyloží.

Inst. de nupt.

* explanandum: explorandum *Deč.*

XL Consuetudinem patriae vestrae perhibetis inesse, ut, priusquam ad pugnam progredimini, mittatur a dominatione vestra fidelissimus et prudentissimus vir, qui cuncta arma et caballos et quae necessaria pugnae existunt consideret; et, apud quem inutiliter praeparata inventa fuerint, capite punitur: nunc autem nosse cupitis, quid nos hinc fieri decernamus. Sed haec nos cuncta vobis ad spiritalis apparatus armaturam convertere suademus et tantae severitatis rigorem ad pietatis exercitium inclinare monemus, ita ut, sicut hactenus illa praeparatio armorum et equorum diligenter inquirebatur, utrum bene apta esset contra visibiles hostes, ita nunc studiose investigetur, ut arma spiritalia, id est bona opera, singuli praeparata possideant „adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus.“ Porro equus animus intelligitur, quia nimirum, sicut homo portatur equo, sic et regitur animo; optime ergo, qui arma contra hostes praeparata non habet, perit, quia, ut scriptum est, „maledictus vir, qui facit opus Dei neglegenter“. De equo vero, qui imparatus est animo, bene per psalmistam dicitur: „Falsus equus ad salutem, in abundantia autem virtutis eius non erit salvus;“ nisi enim falsus esset, imparatus non esset. Equo^v contra de praeparato dicitur: „Equus paratur ad diem belli; Dominus autem salutem tribuit.“ Sic itaque, quod hactenus carnaliter observastis, et arma quae forsitan ab inopibus haec praeparare non valentibus crudeliter exegistis, iam nunc spiritaliter veneramini et haec magnos et parvos praeparare pie et indesinenter hortamini.

XLI De his autem, qui Christianitatis bonum suscipere renuunt et idolis

v Equo Deo: Quo P.

XL Pravíte, že je zvykem ve vaší zemi, aby před odchodem do boje věrný a zkušený muž, vyslaný od vašeho veličenstva, prohlédl všecku výzbroj a koně i válečné potřeby, a u koho shledá, že to, co je pohotově, není k ničemu, ten bývá potrestán smrtí. Nyní byste rádi věděli, co podle našeho rozhodnutí by se mělo v té věci stát. Nuže radíme vám, abyste to všechno obrátili na přípravu duchovní výzbroje a tuto tvrdou a velkou přísnost věnovali spíše úkonům zbožnosti. A jako bývala doposud pečlivě zjišťována ona pohotovost zbroje a koní, zda se dobře hodí proti viditelným nepřítelům, tak ať se nyní horlivě dbá o to, aby jedenkaždý měl pohotově zbraň duchovní, tj. dobré skutky *proti knížatům a mocnostem a světovládcům těchto temnot, proti zlým duchům v povětrí.* A pak koněm se tu rozumí duch, poněvadž jako člověk bývá nesen koněm, tak je řízen duchem. Proto právem hyne, kdo nemá zbraní připravených proti nepříteli, poněvadž, jak je psáno, *zlořečený je muž, jenž koná dílo boží nedbale.* A o koni, který není připraven pro ducha, dobře praví žalmista: *Klamný je kůň k záchraně, v hojnosti jeho síly nebude spasení.* Kdyby totiž nebyl klamný, nebyl by nepřipravený. Naproti tomu o připraveném koni se praví: *Kůň se připravuje ke dni bitvy, ale Pán udělí vítězství.* Tak tedy to, co jste zachovávali tělesně, a ty zbraně, jež jste snad krutě vymáhali na ubožácích, kteří si je nebyli s to pořídit, hodnotte nyní duchovně a velké i malé přívětivě a bez ustání vybízejte, ať si je připravují.

XLI Co se týče těch, kteří odpírají přijmout dar křesťanství a obětují

immolant vel genua curvant, nihil aliud scribere possumus vobis, nisi ut ad fidem rectam monitis, exhortationibus et ratione illos potius quam vi, quod vane sapiant, convincatis: opera manuum suarum et insensibilia elementa, cum sint homines intellectu habiles, adorantes, immo daemoniis suam cervicem flectentes et immolantes. Nam, ut apostolus docet, „scimus, quoniam nihil est idolum, sed quae immolant gentes, daemoniis immolant“. Iam vero si vos non audierint, cum eis nec cibum sumere nec ullam penitus communionem habere, sed eos tamquam alienos atque pollutos a vestris obsequiis et familiaritate removere debetis, ut tali forte confusione compuncti convertantur inspirante Deo ad ipsum, qui est verus et non falsus Deus, creator et non creatus, non factus, sed factor omnium. Nam, ut Dominus praecipit, de domo illius, qui non credit, non solum cibum, verum etiam nec pulverem in pedibus debet educere Christianus, in tantum, ut discipuli nescientes, quod acciderat, moleste tulerint, quod Petrus princeps eorum ad Cornelium ingressus fuerat, quem ipse Deo praecipiente primum ex gentibus fecerat Christianum. Nulla igitur cum his, qui non credunt idolaque adorant, miscenda communio est. Porro illis violentia, ut credant, nullatenus inferenda est. Nam omne, quod ex voto non est, bonum esse non potest; scriptum est enim: „Voluntarie sacrificabo tibi,“ et rursus: „Voluntaria,“ inquit, „oris mei beneplacita fac, Domine,“ et iterum: „Et ex voluntate mea confitebor illi.“ Ultronea quippe Deus obsequia et exhiberi tantum ab ultroneis praecipit; nam si vim inferre voluisset, nullus omnipotentiae illius resistere potuisset. Iam vero si quaeritis, quid de huiusmodi perfidis iudicandum sit, apostolum Paulum audite, qui, cum Corinthiis scriberet, ait: „Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos

modlám nebo před nimi poklekají, nemůžeme vám nic jiného napsat, leda abyste je o pravé víře přesvědčovali napomináním, domluvami spíše než násilím, že se honí za přeludy, koří-li se, ač jsou lidmi nadanými rozumem, dílům svých rukou a bezcitným živlům, sklánějí-li dokonce své šíje před zlými duchy a jim obětují. Neboť jak učí apoštol, víme, že *modla nic není, a to co pohané obětují, zlým duchům obětují.* Kdyby vás však neposlechli, nesmíte s nimi ani společně jíst ani se s nimi stýkat, ale vyloučit je ze svých přátelských úsluh jako cizince a lidi nectné, aby se snad z lítosti nad takovou hanbou vnuknutím božím obrátili k tomu, který je pravý a ne lživý Bůh, Stvořitel a ne stvořený, ne učněný, ale činitel všeho. Neboť podle příkazu Páně nemá si křesťan odnášet z domu toho, kdo nevěří, nejen žádný pokrm, ale ani prach na svých nohou. Proto učedníci Kristovi těžce nesli, že Petr, přední z nich vešel k pohanu Korneliovi. Nevěděli totiž, co se předtím přihodilo, že jej Petr prvního z pohanů na rozkaz boží učinil křesťanem. Nesmí se tedy pěstovat žádné styky s těmi, kteří nevěří a uctívají modly. Naopak zase se jim nemá činit žádné násilí, aby uvěřili. Neboť nic z toho, co nevyhází z touhy, nemůže být dobré. Jest zajisté psáno: *Dobrovolně budu ti obětovat,* a dále: *Dobrovolnou obět mých úst přijmi, Pane* a opět: *A z vůle své vzdám jemu chválu.* Bůh totiž prikazuje jen dobrovolnou poslušnost a ta mu má být prokazována jen od těch, kteří tak činí dobrovolně. Vždyť kdyby byl chtěl použít násilí, nikdo by nebyl mohl odolat jeho všemohoucnosti. Tážete-li se však, jak mají být takoví věrolomní lidé souzeni, poslyšte apoštola Pavla, který píše Korintánům takto: *Proč pak já mám soudit ty, kteří jsou mimo? Což vy nesoudíte ty, kteří jsou mezi vámi? Ty, kdo jsou mimo nás, bude soudit Bůh. Vyobcujte tohoto nešlechtníka ze svého*

1 C 8, 4;
10, 20

Cf. Mt 10, 14

Cf. A 10

Ps 53, 8
Ps 118, 108
Ps 27, 7

1 C 5,
12-13

iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis." Ac si diceret: De his, qui extra religionem nostram sunt, nihil ego iudico, sed eos Dei iudicio reservo, qui iudicaturus est omnem carnem. Verumtamen auferte malum ex vobis ipsis, ne videlicet vobiscum morans ut cancer serpat aut certe, dum a fidelibus sibi communicari conspicit, suae quoque vanitati communicari putet ac per hoc veratiorem et sanctiorem suam sectam quam nostram existimet religionem. Propter conscientiam ergo magnopere idola colentium cavenda est omnino communicio; nam qui idololatriis communicat, ipsis idolis, immo daemoniis communicare videtur. Omnes enim dii gentium daemonia, et apostolus dicens: „Quae immolant gentes, daemoniis immolant et non Deo," adiecit: „Nolo," inquit, „vos socios fieri daemoniorum."

Pa 05, 5
1 C 10, 20

XLII Asseritis, quod rex vester cum ad manducandum in sedili, sicut mos est, ad mensam sederit, nemo ad convescendum, etiam neque uxor eius, cum eo discumbat, vobis procul in sellis residentibus et in terra manducantibus; et ideo, quid vobis hinc praecipiamus, nosse desideratis. Unde nos, quia non contra fidem, quod agitur, est, licet bonos mores satis impugnet, non tam praecipientes quam suadentes hortamur, ut ad Christianae religionis cultores principes attendatis et humilitatis eorum considerantes fastigium deponatis ex vobis omne ad nihil utile supercilium; legerunt enim illi in evangelio dicentem Dominum: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris." Nam antiqui reges, quorum multi sanctorum consortium meruerunt ac ideo veraciter reges dicti sunt, quoniam sancti reperti sunt, cum amicis, quin immo eum servis suis convivati fuisse memorantur; quin

Mt 11, 29

středu, tj. jinými slovy: Ty, kteří jsou mimo naše náboženství, já nikterak nesoudím, ale přenechávám je soudu Boha, jenž bude soudit všeliké tělo. Odstraňte však takového nešlechtníka ze svého středu, aby se totiž stykem s ním rakovina nerozlezla, nebo aspoň aby se nedomníval, když vidí, že věřící s ním obcují, že také sdílí jeho prázdnotu, a nepokládal proto svou sektu za pravdivější a světejší než naše náboženství. Je to tedy věc svědomí varovat se jakýchkoli styků s lidmi, kteří uctívají modly, neboť kdo obcuje s modloslužebníky, jako by obcoval se samými modlami, ano i se zlými duchy: *Všichni bohové pohanů jsou totiž ďábelstva*, a apoštol když řekl: *Co pohané obětují, zlým duchům obětují a ne Bohu*, dodává k tomu: *Nechci přece, abyste byli společníky zlých duchů*.

XLII Pravíte, že když si váš král sedne, jak je zvykem, na křeslo ke stolu, aby jedl, nikdo nesmí společně s ním sedět u jídla, ani jeho manželka, a vy sami býváte rozesazeni daleko na sedátkách a jíte na zemi. A proto byste rádi věděli, co vám stran té věci nařizujeme. Poněvadž v tom, oč tu běží, není nic proti víře, třebaže se to dost příčí dobrým mravům, vybízíme vás ne tak příkazem jako spíše radou, abyste si povšimli knížat, milovníků křesťanského náboženství, a jejich velké pokory a odložili všelikou pýchu, jež není k ničemu. Oni totiž četli v evangeliu, že Pán řekl: *Učte se ode mne, neboť jsem tichý a pokorný srdcem, a najdete pokoj pro svou duši*. Vždyť někdejší králové, z nichž mnozí si zasloužili společenství svatých, a tudíž byli právem zváni králi, ježto byli zřejmě svatými, jídávali, jak se připomíná, se svými přáteli, ba dokonce i se svými služebníky. Ano i o našem Spasiteli, králi králů a Pánu panujících, je psáno, že uléhal ke stolu

potius ipse rex regum et dominus dominantium Redemptor noster non solum cum servis et amicis suis, apostolis scilicet, recubuisse, verum etiam cum publicanis et peccatoribus et recubuisse et manducasse describitur.

XLIII Quae animalia seu volatilia liceat manducare, quantum existimo, Dominus evidenter ostendit, cum post diluvium animalia cuncta Noe tribuit et filiis eius edenda, dicens: „Omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt. Et omne, quod movetur, et vivit, erit vobis in cibum quasi olera virentia;“ et demonstratis caelitus beato Petro in illo disco, quamvis hoc altius intelligendum sit, cunctis animantibus dicitur: „Macta et manduca.“ Itaque omne animal, cuius cibus minime corpori nocivus esse probatur et societas hoc in cibum admittit humana, comedi non prohibetur; nam ideo, ut sanctus et facundissimus doctor scribit Augustinus, morticinum ad escam usus hominum non admisit, eo quod non occisorum, sed mortuorum animalium morbida caro est nec apta ad salutem corpori, cuius causa sumimus alimentum. Porro eorum opinionem, qui quippiam in cibis immundum esse prohibent, per se Dominus destruit dicens: „Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, coinquinat hominem;“ et apostolo Petro divinitus dicitur: „Quod Deus sanctificavit, tu commune“ vel immundum „ne dixeris;“ et coapostolus eius Paulus scribens: „Omnia,“ inquit, „munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum.“ Verumtamen forte quilibet ex Veteri vobis Testamento quaedam prohibita velint animalia demonstrare atque ab eorum vos edulio coercere, notandum est inter illa, quae prohibita sunt, etiam porcum connumerari. De qua re praefatus sanctus Augustinus, de ceteris interim tacens, scribens etiam huius animalis

a jedl nejen se svými služebníky a přáteli, ale i s celníky a hříšníky.

Cf. Mt 9, 10—11

XLIII Kterých zvířat nebo ptáků je dovoleno požívat, jak se domnívám, ukázal Pán zřetelně, když po potopě přidělil Noemovi a jeho synům všechna zvířata k jedení, slovy: *Všecky ryby mořské jsou dány vaší ruce, a všechno, co se hýbe a je živo, bude vaším pokrmem jako byliny zelené.* A blaženému Petru byla na oné míse z nebes ukázána, i když je tomu třeba rozumět přeneseně, všechna zvířata a bylo mu řečeno: *Zabíjej a jez.* A tak není zakázáno jíst žádné zvíře, jehož požívání se uznává za naprosto neškodné pro tělo a které lidská společnost připouští jako pokrm. Neboť jak píše svatý a výmluvný učitel Augustin, není proto u lidí zvykem pojídat mršiny, že maso zvířat pošlých a nikoli zabitých je nezdravé a neslouží tělesnému zdraví, kvůli němuž se stravujeme. Dále mínění těch, kdo tvrdí, že v pokrmech je něco nečistého, vyvrací sám Pán, když praví: *Neposkvrňuje člověka to, co vchází do úst, nýbrž co z úst vychází, to poskvrňuje člověka.* Apoštolu Petrovi je řečeno božským hlasem: *Co Bůh prohlásil za čisté, ty nenazývej poskvrněným,* a spoluapostol jeho Pavel píše: *Čistým je, dí, vše čisté, poskvrněným však a nevěřícím nic není čisté.* Aby vám však snad nějací lidé nechtěli dokazovat ze Starého zákona, že jsou některá zvířata zakázána, a bránit vám v jejich požívání, třeba poznamenat, že mezi ta zakázaná se počítá též vepř. O tom píše též uvedený sv. Augustin, nezmiňuje se však o ostatních zvířatech, ale připomíná tohoto vepře a praví: „Proč ten výrok apoštolův, *Čistým je všechno čisté a Každá Bohem stvořená věc je dobrá,* není v rozporu se Starým zá-

Gn 9, 2—3

Cf. A 10, 9—13

Contra Faustum I. 32, c. 13

Mt 15, 11

A 10, 15

Ti 1, 15

Contra Faustum I. 6, c. 7

1 T 4, 4

meminit dicens: „Testamento Veteri, ubi quidam cibi carniū prohibentur, cur non sit contraria ista sententia, qua dicit apostolus: „Omnia munda mundis“ et: „Omnis creatura Dei bona est,“ si possunt, intellegant hoc apostolum de ipsis dixisse naturis, illas^z autem litteras propter quasdam praefigurationes temporis congruentes animalia quaedam non natura, sed significatione immunda dixisse. Itaque verbi gratia, si de porco et agno requiratur, utrumque natura mundum est, quia „omnis creatura Dei bona est“; quadam vero significatione agnus mundus, porcus immundus est. Tamquam si stultum et sapientem diceret, utrumque hoc verbum natura vocis et litterarum et syllabarum, quibus constat, utique mundum est; significatione autem unum horum verbum, quod dicitur stultus, immundum dici potest, non natura sui, sed quoniam quiddam immundum significat. Et fortasse quod est in rerum figuris porcus, hoc est in rerum genere stultus, et tam illud animal quam istae duae syllabae, quibus^{aa} dicitur stultus, quiddam unum idemque significat. Immundum quippe illud animal in Lege positum est eo, quod non ruminet; non autem hoc eius vitium, sed natura est. Sunt autem homines, qui per hoc animal significantur, immundi proprio vitio, non natura; qui cum libenter audiant verba sapientiae, postea de his omnino non cogitant. Quod enim utile audieris, velut intestino memoriae tanquam ad os cogitationis recordandi dulcedine volvere quid est aliud quam spiritaliter quodam modo ruminare? Quod qui non faciunt, illorum animalium genere figurantur; unde et ipsa a talibus carnibus abstinencia tale vitium nos cavere praemonuit. Cum enim <thesaurus desiderabilis sit ipsa sapientia>, de hac munditia ruminandi <et

konem, v němž se zakazují některé masité pokrmy, tomu třeba, možno-li rozumět tak, že apoštol to řekl jen o přirozenosti těchto zvířat, kdežto onen starozákonní text nazývá některá zvířata nečistými vzhledem k jistým předobrazům, odpovídajícím duchu doby, nikoli tedy pro jejich přirozenost, nýbrž pro jejich význam. Tak na příklad běží-li o vepře a beránka, oba dva jsou svou přirozeností čisti, jelikož každá Bohem stvořená věc je dobrá, v jistém smyslu však je beránek čistý, vepř nečistý. Jako když se řekne hloupý a moudrý, obě tato slova jsou ovšem povahou zvuku, hlásek a slabik, z nichž se skládají, čistá, ale pro svůj význam může se jedno z těchto slov, jež zní „hloupý“ nazvat nečistým, ne pro svou přirozenou povahu, ale proto že značí něco nečistého. A možná, že to, čím je v oboru metafor vepř, je v oboru jakosti hloupý, a jak to zvíře tak i ty dvě slabiky, jimiž říkáme „hloupý“, značí v jistém smyslu totéž. Ve Starém zákoně se totiž toto zvíře pokládá za nečisté proto, že nepřezvykuje. To však není jeho vada, ale jeho přirozenost. Lidé však, kteří jsou označováni tímto zvířetem, jsou nečisti svou vlastní chybou, nikoli svou přirozeností. I když snad rádi naslouchají slovům moudrosti, potom již vůbec o nich nepřemýšlejí. Nuže, to co jsme užitečného slyšeli, potom sladkým rozpomínáním takřka převalovat z útroh paměti do úst myšlenky, co je to jiného než duchovně přezvykovat? Ti tedy, kdo tak nečiní, jsou zobrazení tímto druhem zvířat. A tak i sama zdrženlivost od těchto masitých pokrmů nám připomíná, že se máme varovat této chyby. A poněvadž žádoucím pokladem je sama moudrost, je o této čistotě přezvykování a nečistotě nepřezvykování psáno na jiném místě takto: *Vytoužený*

^z illas Deē: illis P. ^{aa} quibus Deē: quod P.

immunditia non ruminandi^{bb} alio loco ita scriptum est: „Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit illum.“ Hae autem similitudines rerum in locutionibus et observationibus figuratis propter quaerendi et comparandi exercitationem rationales mentes utiliter et suaviter movent, sed priori populo multa talia non tantum audienda, verum etiam observanda praecepta sunt. Tempus enim erat, quo non tantum dictis, sed etiam factis prophetari oporteret ea, quae posteriori tempore fuerant revelanda. Quibus per Christum atque in Christo revelatis fidei gentium onera observationum non sunt imposita, prophetiae tamen auctoritas commendata.“

XLIV Nulla ratio sit^{cc} in quadragesimali tempore venationibus uti; venantes enim nihil praeter carnes captant. Ut ergo nihil carnale sectari videamini, decenter a carnibus captandis in quadragesimali praecipue tempore vobis est abstinendum; quanto enim ieiunii tempore artius est divinis cultibus insistendum, tanto est in cunctis mundi nocivis oblectamentis longius recedendum, praesertim cum neminem nisi reproborum venationes exercuisse sacra designet historia.

XLV A nobis scire cupitis, si quadragesimali tempore iudicia sint exercenda vel ad mortem aliquis addicendus. In quo nos noveritis eadem de quadragesimali tempore super hac respondere consultatione, quae de diebus festis nos duodecimo harum responsionum nostrarum capitulo iam respondisse dinoscimur.

poklad spočívá v ústech moudrého, muž hloupý však jej spolkně. Tyto věcné shody v obrazných rčeních a předpisech mohou vzdělaného člověka užitečně a příjemně bavit, ježto se tím bystří a obohacuje rozum, ale dřív bylo mnoho takových věcí lidu přikázáno nejen poslouchat ale i zachovávat. Byla to totiž doba, kdy se muselo prorokovat netoliko slovy, nýbrž i skutky, a sice to, co mělo být teprve později zjeveno. A když to bylo skrze Krista a v Kristu zjeveno, nebylo již na věřící lid uvaleno břímě, aby to všechno zachovával, ale doporučovalo se mu, aby si toho vážil jako prorocství.“

Pr 21, 20

XLIV Ať se na žádný způsob neoddáváte lovům v době čtyřicetidenního postu. Vždyť lovci se za ničím jiným nehoní než za masem. Aby tedy bylo patrné, že neběháte za ničím masitým, třeba se zdržet, jak se sluší a patří hlavně v době postní, všeho chytání zvěře. Neboť čím horlivěji se máme v době postní zúčastnit bohoslužeb, tím více se nám třeba vzdalovat všech škodlivých světských zábav, obzvláště když posvátné dějiny se o nikom nezmiňují, že se zabýval lovem, leda o lidech zavržených.

cf. Gn 10, 9;
25, 27

XLV Přáli byste si od nás se dovědět, zda se směji konat v době čtyřicetidenního postu soudy a zda může být kdo vydán na smrt. Nuže vězte, že na tento dotaz stran doby postní odpovídáme totéž, co jsme již odpověděli, jak se možno přesvědčit, v dvanácté kapitole těchto našich odpovědí o dnech svátečních.

^{bb} thesaurus . . . sapientia; et imm. non rum. dopl. Deč a Patr. Lat. z textu sv. Augustina.
^{cc} sit Deč: sint B, sinit P.

XLVI Iam vero si quadragesimali tempore liceat, si necessitas exigit vel si non exigit ulla necessitas, ad bella procedere, non vobis est necessarium exponendum, cum ex priorum propositio- num solutionibus, quid vos conveniat agere, etiam nobis tacentibus iam ipsi colligitis. Bellorum quippe ac proelio- rum certamina necnon et omnium iurgiorum initia diabolicae fraude sunt artis profecto reperta et dilatandi regni cupidus et vel irae vel invidiae vel alius cuiuspian vitii dilector tantum his intendere seu delectari vincitur. Et ideo, si nulla arguet necessitas, non solum quadragesimali, sed omni tem- pore est proeliis abstinendum. Si autem inevitabilis arguet oportunitas, nec quadragesimali est tempore pro defen- sione tam sua quam patriae seu legum paternarum bellorum procul dubio praeparationi parcendum, ne videlicet Deum videatur homo temptare, si habet quod faciat et suae ac aliorum saluti consulere non procurat et sanctae religionis detrimenta non praecavet. Porro muri Hiericho filiis Israel, qui sabbatum iam observandum susceperant, etiam sabbato urbem circumeunti- bus et tubis clangentibus ad terram prostrati sunt.

cf. Dt 6, 10

cf. Ios 6, 20

XLVII Consultitis, si liceat in quadra- gesimali tempore iocis vacare. Quod non solum in quadragesimali, verum etiam in nullo tempore licitum est Christianis. Sed quia vobis, qui in montem nondum ascendere tamquam infirmi potestis, ut inde sublimia man- data Dei percipiat, sed in campestri- bus quemadmodum filii quondam Israel positi estis, ut saltem ibi plana et minora quaeque praecepta sumatis, necdum possumus suadere, ut omni tempore iocis abstinere, at^{dd} quadra- gesimae ac ieiunii tempore, quando

cf. Ex 19, 12

^{dd} at Deč: et C, vel P.

XLVI Dokonce pak o tom, zda v době kvadragesimy je dovoleno táhnout do boje, je-li to nutné, nebo není-li to nutné, netřeba se nám šířit, ježto se z řešení dřívějších podobných témat sami dovítíte, co byste měli dělat, i když my o tom pomlčíme. Vždyť válečná střetnutí a bitvy, jakož i po- čátky všech svárů jistě jsou vynálezem úskočné lsti dábelské, a jak je doká- záno, jen ten na ně myslí a v nich si libuje, kdo touží po rozšíření svého panství nebo kdo se rád oddává luěvu, nenávisti nebo kterékoli jiné neřesti. A proto nedoléhá-li nezbytnost, třeba se vzdalovat bojů nejen v postní, ale v každé jiné době. Pakliže toho žádá nevyhnutelná potřeba, jde-li o to ochrá- nit jak sebe tak vlast nebo domácí zákony, pak beze vší pochyby se ne- třeba ve válečných přípravách ohlížet na postní čas, aby totiž člověk očividně nepokoušel Boha, když by měl něco učinit a nepostaral se o svou záchranu a o záchranu jiných a nezamezil škody svatého náboženství. Ostatně zdi Je- richa byly strženy na zem, když synové izraelští, ačkoli se již zavázali k tomu, že budou zachovávat sobotu, též i v so- botu obcházeli město a troubili na polnice.

XLVII Tázete se, je-li v postní době, v kvadragesimě, dovoleno oddávat se zábavám. Křesťanům není to dovoleno a to nejen v postě, ale ani v žádné jiné době. Vy ovšem ještě nemůžete pro slabost vystoupit na horu, ale nalézáte se ještě jako kdysi synové izraelští na rovině, abyste tam přijali alespoň ně- které menší příkazy. Proto vám nemů- žeme radit, abyste se zábav zřekli po celý čas, avšak v kvadragesimě a v době postní, kdy se máme hojněji a úsilov- něji věnovat modlitbám a zdrženlivosti a jiným kajícím skutkům, jak jsme

peramplius et instantius orationi et abstinentiae et omnimodae poenitentiae, sicut longe superius exposuimus, vacare debetis, non solum iocis <abstinendum est>^{ee}, verum etiam ab omni vaniloquio et scurrilitate, quae ad rem non pertinent, atque ab ipso otioso verbo, ut in evangelio Dominus dicit, „quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem“: si de otioso, quanto magis de noxio vel criminoso! Nulla ergo vos voluptatum vel iocorum et maxime in tempore ieiuniorum vanitas seducere valeat; non enim lamenta cum iocis conveniunt, et fallax ac deceptrix laetitia veraces lacrimas producere nescit in proximo. Praeterea est iudex, qui dixit: „Vae vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis;“ hinc Salomon ait: „Risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat;“ hinc iterum dicit: „Risum reputavi errorem et gaudio dixi: Quid frustra deciperis?“ Hinc rursus ait: „Cor sapientium, ubi tristitia est, et cor stultorum, ubi laetitia;“ gratum namque Deo sacrificium est afflictio contra peccatum psalmista testante, qui ait: „Sacrificium Deo spiritus contribulatus.“

XLVIII Unde nec uxorem ducere nec convivia facere in quadragesimali tempore convenire posse ullatenus^{ff} arbitramur. Verum^{gg} quid hinc sacri canones dicant, episcopo vestro docente scietis.

XLIX Praeterea sciscitamine, si licet exhibere vobis quemadmodum prius in dotem coniugibus vestris aurum, argentum, boves, equos et cetera. Quod quia nullum peccatum est et leges hoc connivent,^{hh} et nos ut fiat minime prohibemus; et non solum hoc, verum etiam quicquid ante baptismum egistis,

shora obšírně vyložili, třeba zanechat nejen zábavy, ale i prázdného tlachání a vtipkování, které se nesluší, ano i z neužitečného slova, jak se praví v evangeliu, které lidé promluví, budou se muset odpovídat: jestliže z neužitečného, tím spíše ze škodlivého a pomlouvačného! Kéž se tedy žádné marnosti rozkoší a zábav nepodaří vás svést jmenovitě v době postní. Vždyť nářek a žerty se spolu nesrovnávají, a šalebné a klamně veselí nedovede vyvolat v bližním opravdové slzy. Mimo to je tu soudec, jenž praví: *Běda vám, kteří se nyní smějete, neboť budete lkát a plakat.* Proto dí Šalomoun: *Smích s radostí bude se mísit, a konec radosti bývá žalost.* A dále praví: *Smích jsem pokládal za blud a radosti jsem řekl: Co se darmo klameš?* A proto praví ještě dále: *Srdce moudrých, kde je truchlivost, a srdce bláznů, kde je veselost.* Neboť sklíčenost nad hříchem je obět Bohu milá, jak svědčí žalmista, jenž dí: *Obět Bohu duchů zhormoucený.*

XLVIII Domníváme se tudíž, že se nikterak nehodí v době postní se ženit nebo pořádat hostiny. Co o tom praví posvátné kánony, se však dovíte z poučení svého biskupa.

XLIX Dále chcete vědět, zda je vám dovoleno dávat svým manželkám jako dřív věnem zlato, stříbro, dobytek, koně atd. Poněvadž to není žádný hřích a zákony to připouštějí, ani my vám v tom nijak nebráníme. A nejen to, nýbrž i všechno ostatní, co jste činili před křtem, dopřává se vám činit

^{ee} abstinendum est *dopl. Deč.* ^{ff} ullatenus: nullatenus *C, Deč.* ^{gg} verum: iterum *Deč.* *V překladě upraveno.* ^{hh} connivent *Deč:* non cohibent *C, cohibent P.*

Mt 12, 36

L c, 25

Pr 14, 13

Ecc 2, 2

Ecc 7, 6
Ps 60, 19

S. Gregorius
in evang.
hom. 24

et nunc quoque vobis agere profecto conceditur. Nam piscatorem Petrum, Matthaeum vero thelonarium scimus, et post conversionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matthaeus vero ad theloni negotium non resedit, quia aliud est victum per piscationem quaerere, aliud theloni lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quae sine peccato exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Ad illa ergo tantum, quae ad peccatum implicant, necesse est, ut post conversionem animus non recurrat. Quod vero quisque ante conversionem sine peccato exercuit, hoc etiam post conversionem repetere non est culpa.

L Quid de eo, qui quadragesimali tempore cum uxore sua coierit, sit iudicandum, episcopi vestri vel sacerdotis, qui ab eo constituetur, arbitrio considerandum ac diffiniendum committimus, qui singulorum mores agnoscere poterunt et uniuscuiusque vestrum causas libratis personis ac temporibus discernere seu moderari debebunt. Porro cum ea eodem tempore sine aliqua contaminatione dormire omnino liceret, si ignis et palea sine laesione communionem aliquam habuissent vel si diabolicae fraudis astutiae nescirentur; nam ubi masculus cum femina pariter conversantur, difficile est insidias hostis antiqui deesse, quae nimirum non defuere, ubi solitaria fratris et sororis, Ammonis scilicet et Thamar, extitit parvissimo spatium commoratio.

LI Si liceat uno tempore habere duas uxores, exquiritis; quod si non licet, scire cupitis, apud quem inventum fuerit, quid exinde facere debeatis. Duas tempore uno habere uxores nec ipsa origo humanae conditionis admittit nec lex Christianorum ulla permittit. Nam Deus, qui fecit hominem, ab initio masculum unum fecit et unam feminam tantum, cui potuit utique si

i nyní. Víme zajisté, že Petr byl rybář a Matouš celník, a po svém obrácení Petr se vrátil k svému rybaření, Matouš však nezasedl na celnici k svému zaměstnání, poněvadž něco jiného je žít se rybařením a něco jiného hromadit peníze ze zisků celnice. Většina zaměstnání je ovšem taková, že se mohou jen ztěž provozovat bez hříchu nebo vůbec ne. Tedy jen k těm, která bývají příležitostí k hříchu, nesmí se nikdo vracet po svém obrácení. Co však kdo konal před obrácením bez hříchu, tomu se věnovat opět po obrácení není žádným proviněním.

L Co třeba soudit o tom, kdo obeuje se svou ženou v kvadragesimě, ponecháváme vašemu biskupu a knězi od něho k tomu účelu ustanovenému, aby tu věc posoudili a blíže určili. Ti budou mít možnost poznat mravní stav jednotlivců a budou muset sporné otázky jednoho každého z vás řešit nebo rozhodovat až po zhodnocení osob a časů. Jinak by ovšem bylo v té době dovoleno s ní spát bez jakéhokoli poskvrnění, kdyby oheň a sláma mohly nějak být pospolu bez úrazu, nebo kdyby nebyla známa vychytralost ďábelské lsti. Neboť kde se zdržují pospolu muž s ženou, sotva budou scházet úklady odvěkého nepřítele. Vždyť nescházely ani tam, kde dleli kratinkou chvíli spolu o samotě bratr a sestra, to jest Ammon a Thamar.

LI Tázete se, zda je dovoleno mít současně dvě manželky, a není-li to dovoleno, u koho se najde, co byste potom měli dělat. Mít zároveň dvě manželky nepřipouští ani sám původ lidského pokolení ani žádný zákon křesťanský. Neboť Bůh, který stvořil člověka na počátku, učinil jednoho muže a toliko jednu ženu, ačkoli kdyby byl chtěl, mohl mu dát dvě manželky,

cf. 2 Rg 13,
8—14

cf. Gn 1, 27

For
et q
plex
Unia
nan
lum
prop
afflu
glac
arti
cole

Q
divi
nic
hag
dip
hist
tex
(2)
ind
tex
Mo
per
sub
fuc
cur
da
sac
sa
a
fir
ad
et
m
tu
us
gl

u
p
e
ti
h
n
f
a
l
e
l
l
s
v

vellet duas uxores tribuere, sed noluit; scriptum quippe est: „Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae.“ Non dixit: uxoribus. Et iterum: „Erunt duo,“ masculus scilicet et femina, „in carne una“, et non: tres aut plures. Itaque apud quem uno tempore duae uxores inveniuntur, interim priori retenta posteriorem cogatur amittere, insuper et poenitentiam, quam loci sacerdos praeviderit, compellatur suscipere. Denique hoc tam immane scelus est, ut homicidii quidem peccatum, quod Cain in Abel fratrem suum commisit, septima generatione cataclysmo vindicatum fuerit, adulterii autem flagitium, quod Lamech omnium primus in duabus uxoribus perpetravit, non nisi sanguine Christi abolitum extiterit, qui septima et septuagesima generatione secundum evangelium Lucae venit in mundum.

LII Si nosse desideratis, quid de his, qui quemlibet eunuchizant, iudicandum sit, paginas legum revolvite.

LIII Consulitis, si licet super mensam, in qua sacerdos aut diaconus deest, vexillum sanctae crucis imprimere et comedere. Quod procul dubio licet; nam omnibus datum est, ut et omnia nostra hoc signo debeamus ab insidiis munire diaboli et ab eius omnibus impugnationibus in Christi nomine triumphare. Superest tantum, ut, cum potior adest, inferior hoc sibi nisi iussus non audeat arrogare, quoniam „non est discipulus super magistrum“, et iterum praecipit apostolus dicens: „Honore invicem praevenientes.“

LIV Dicitis, quod Graeci fateantur, quod in ecclesia qui non constrictis adpectus manibus steterit maximum habeat peccatum. Hoc ut fieret praecceptum fuisse nusquam, ni fallimur, invenitur ac per hoc, nisi fiat, peccatum non est; nam quidam faciunt hoc,

ale on nechtěl, neboť je psáno: *Proto opustí člověk otce i matku a přidrží se manželky své*, neřekl: manželk svých, a dále: *a budou dva v jednom těle*, totiž muž a žena v jednom těle, a ne tři nebo více. Proto kdo má u sebe současně dvě manželky, ať je zatím přinucen podržet si dřívější a pozdější propustit. Kromě toho třeba ho přimět k tomu, aby se podrobil pokání, které mu určí místní kněz. Zkrátka, je to tak hrozný zločin, že hřích vraždy, které se dopustil Kain na bratru Abelovi, byl potrestán v sedmém pokolení potomou, kdežto ohavné cizoložství, jež první ze všech spáchal Lamech s dvěma manželkami, bylo zahlazeno teprve krví Krista, jenž podle evangelia Lukášova přišel na svět až v sedmdesátém sedmém pokolení.

Gn 2, 24

Cf. Gn 4, 8

Cf. Gn 4, 10

Cf. L. 3, 23-28

LII Přejete si vědět, jak soudit ty, kteří někoho vyklestí. Přčtete si to na příslušných stránkách zákonů.

LIII Ptáte se, zda je dovoleno činit znamení svatého kříže nad stolem, není-li tam přítomen kněz nebo jáhen. Beze vší pochyby že ano. Neboť nám všem je dopřáno, že smíme tímto znamením chránit všechny naše věci před úklady ďáblými a ve jménu Kristově vítězit nad všemi jeho útoky. Zbývá toliko dodat, je-li tam přítomná osoba váženější, aby se to neodvážil osobovat někdo podřízený, leda že by mu to bylo nařízeno, neboť *není učeník nad mistra*, a pak apoštol přikazuje a praví: *Předcházejte jeden druhého v uctivosti*.

Mt 10, 24

R 12, 10

LIV Pravíte, že podle ujišťování Řeků má velký hřích ten, kdo nestojí ve chrámu s rukama na prsou zkríženými. Nemýlíme-li se, není nikde přikázáno, aby se něco takového dělalo, takže není hřích, když se to nedělá. Někteří totiž činí to, druzí ono, jedni projevují

quidam illud, nunc isti hoc genus humilitatis, nunc illud ostentant, nisi forte qui pertinaciter recuset facere quod omnes viderit facientes. Verum et hoc et multa in diversis locis alia humilitatis indicio fiunt, et hoc, cum fit, non nisi humilitatis gratia fit, et revera scriptum est: „Oratio humiliantium se nubes penetrabit;“ proinde sive hoc sive aliud quid humilitatis excogitare potest homo, non est reprehendus, quia secundum evangelium, „qui se humiliat exaltabitur“. Si enim quis ante principem mortalem veniens cum omni reverentia et timore stat, loquitur et incedit, quanto potius eum, qui ante Deum, qui est aeternus, terribilis et excelsus, accesserit, cum omni pavore ac tremore non solum stare convenit, sed et quasi servum semetipsum in conspectu eius humiliter praesentare; et quia quorundam in evangelio reproborum ligari manus et pedes praecipiuntur, quid aliud isti agunt, qui manus suas coram Domino ligant, nisi Deo quodammodo dicunt: Domine, ne manus meas praecipias, ut mittar in tenebras exteriores, quoniam iam ego eas ligavi et ecce ad flagella paratus sum? Hinc etiam pectus percutimus, signantes videlicet, quod nequiter egimus, displicere nobis ac ideo, antequam Deus feriat, id nos in nobis ipsis ferire et, antequam ultio extrema veniat, commissum paenitentia digna punire.

LV Iam vero quod asseritis Graecos vos prohibere communionem suscipere sine cingulis, quibus Sacrae scripturae testimoniis hoc prohibere iure probentur, nos penitus ignoramus, nisi forte illo, quo Dominus praecipit dicens: „Sint lumbi vestri praecincti.“ Verum hoc sancti evangelii testimonium non per litteram, sed spiritum oportet impleri. Nam si ad hoc istud praeceptum est, ut non¹¹ taliter servaretur, cur non

¹¹ non *dopl. Deč.*

svou pokoru tímto způsobem, druzi zase jiným, leda že by se někdo zarputile zdráhal činit to, co vidí činit všechny. Tyto a mnohé jiné věci dějí se přece na rozličných místech jako projev pokory. A když se to dělá, činí se to jen z pokory. A vskutku je psáno: *Modlitba pokorných pronikne oblaky.* Proto ať si kdo zvolí ten nebo onen projev pokory, nemá být za to kárán, ježto podle evangelia *kdo se poníží, bude povýšen.* Přejde-li někdo k pozemskému knížeti, stojí před ním, mluví a chodí s veškerou uctivostí a strachem. Tím spíše se ovšem sluší, aby ten, kdo předstupuje před Boha, který je věčný, hrozný a vznešený, nejen stál se vši bázní a strachem, nýbrž aby se mu představil pokorně jako otrok, a ponevadž se v evangelii nařizuje, aby ruce a nohy některých zavržených byly svázaný, co jiného činí ti, kdo před Bohem spínají své ruce, než že říkají takřka Bohu: Pane, neporoučej, aby mé ruce byly svázaný a abych byl uvržen ven do temnot, ježto jsem si je sám sepjal, a hle, *jsem hotov k bičování?* Proto se též bijeme v prsa a tím dáváme na jevo, že je nám proti myslí to, co jsme ničemně napáchali, a že tudíž než nás uhoď Bůh, sami se bijeme, a dříve než přijde poslední soud, trestáme svou vinu přiměřeným pokáním.

LV Tvrdíte dokonce, že vám Řekové brání přistupovat k svatému přijímání bez pásu. Nuže, není nám naprosto známo, která místa z Písma svatého by mohli uvést na důkaz, že vám v tom brání právem, leda snad to, kde Pán přikazuje: *Mějte bedra přepásána.* Ale tento výrok svatého evangelia má se plnit ne podle litery, ale podle ducha. Neboť nemá-li tento příkaz být takto zachováván podle ducha, proč se nečiní

fiunt pariter, quae sequuntur, ut „lucernae ardentes“ et, sicut agnum comedentibus iubetur, baculum in manibus teneatur? Habent suum ista mysterium et intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis, qua decet, significatione servantur. Nam in lumborum praecinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus bonorum splendor operum, de quibus dicitur: „Sic opera vestra luceant,“ indicatur. Rudes ergo fidelium mentes, ut sanctus et egregius propugnator ecclesiae papa Caelestinus scribit, cuius haec summam verba mutuati sumus, ad talia non debemus inducere; docendi enim sunt potius quam illudendi, nec imponenda eorum oculis, sed mentibus infundenda praecepta sunt.

LVI Nosse vos velle asseveratis, si liceat omnibus vestris praecipere tempore siccitatis ad pluviam postulandam ieiunium et orationem facere. Vobis quidem hoc agere licet, quoniam ieiunium et oratio magnae virtutes sunt, et ad has iugiter faciendas vestra multum valet hortatio; sed congruentius est, si haec per episcoporum dispositionem fiant: ipsi namque sunt, qui ligandi solvendique potestatem accipiunt, ad horum vocem populi Dei castra moventur et requiescunt; sine his tamquam sine capite fore videmini et quasi oves errantes et non habentes pastorem inceditis. Siquidem in talibus prisco tempore, quod nunc quoque sancta tenet ecclesia, sacerdotum praecedebat institutio et omnis penitus ordinatio et tunc reliquae plebis subsequabatur assensus ac per hoc ordine debito custodito et unanimitate servata Deo largiente voti praestabatur effectus.

LVII Graecos vetare perhibetis eunuchos animalia vestra mactare, ita ut eum, qui ex animalibus ab illis occisis comederit, grave commisisse peccatum

rovněž to, co následuje, aby měli *hořící lampy* a aby drželi v rukách hůl, jak se přikazuje těm, kteří jedí beránka? To vše má své tajemství a těm, kteří to chápou, je jasné, že se takto víc zachovává jeho náležitý smysl. Neboť přepásáním beder se naznačuje čistota, holí pastýřská správa a hořícími lampami jas dobrých skutků, o nichž se praví: *Tak at svítí skutky vaše*. Nevzdělaní věřící nemají být, jak píše svatý a proslulý obhájce církve, papež Celestin, jehož slova si zde zkráceně půjčujeme, naváděni k takovým věcem, mají být spíše poučováni než klamáni a přikázání nemají se jim vkládat do očí, nýbrž vlévat do mysli.

Cf. Ex 12, 11

Cf. Mt 5, 16

Epist. 4

LVI Pravíte, že byste rádi věděli, zda můžete nařídít všem svým lidem, aby zvláště v čas sucha konali půst a modlitbu na vyprošení deště. Jisté je dovoleno vám tak činit, poněvadž půst a modlitba jsou velké ctnosti a vaše výzva přispěje značně k jejich ustanovenému konání. Ale je vhodnější, stane-li se tak z nařízení biskupů, neboť oni dostávají moc svazovat a rozsvazovat a na jejich slovo dává se lid boží na pochod a odpočívá. Bez nich se bude zdát, že jste bez hlavy a chodíte jako ovce zbloudilé, které nemají pastýře. Vždyť za starých časů, jak se to v církvi svaté i nyní zachovává, napřed kněží v těchto věcech něco ustanovili a důkladně všechno zařídili a potom následoval souhlas ostatního lidu. Tak byl dodržen náležitý pořádek a zachována jednomyslnost. S pomocí boží se pak dostavil účinek slibu.

Cf. 1 P 2, 25

LVII Podle vašeho sdělení zakazují Řekové kleštěncům zabíjet vaše zvířata a dokonce tvrdí, že kdo by požil něco ze zvířat jimi zabitých, dopustil

affirmant. Sed nobis valde absonum est et adhuc frivolum sonat, quod dicitur. Porro quia ratiocinationem ista dicentium non audivimus,^{kk} nihil interim de assertionem ipsorum nondum plene cognita decernere diffinitive valemus. Unum tamen scimus, quoniam, si eunuchi praecepta Dei custodierint, ad regnum caeleste percipiendum nihil eis obesse membrorum poterit detruncatio, cum secundum apostolum in resurrectione omnes occurramus in virum perfectum, et per prophetam Dominus, si eius mandata observaverint, eunuchis nonnulla laeta promittat. Siquidem et ille eunuchus Aethiops a sancto Luca evangelista pro virtute et integritate vir appellatur, dum dicit: „Et ecce vir Aethiops eunuchus potens Candacis reginae.“

Cf. E 4, 13

Cf. Is 56,
4-5

A 8, 27

LVIII Utrum velato an non velato capite mulier in ecclesia stare debeat, apostolus docet: „Mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum; unum est enim ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier, et tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decalvari, velet caput suum;“ et iterum: „Ideo, inquit, „debet mulier velamen habere super caput propter angelos,“ id est sacerdotes; et rursus ait: „Vos ipsi iudicate, decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi; mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.“

1 C 11,
13-15

LIX Quod de femoralibus sciscitamine, supervacuum esse putamus; nos enim non exteriorem cultum vestiarum, sed interioris homini mores in vobis mutari desideramus, nec quid

G 3, 27

^{kk} audivimus Deū: audimus P.

by se těžkého hříchu. Nám se to však zdá nemístné a nadto, co se tu praví, zní bláhově. Neslyšeli jsme ovšem důvody těch, kdo to říkají, a proto nemůžeme zatím rozhodnout s konečnou platností o tomto jejich mínění, které nám není plně známo. Jedno však víme, že zachovávají-li křesťané příkázání boží, nemůže být zmrzačení údu žádnou překážkou jejich přijetí do království nebeského, zvláště když podle apoštola při vzkříšení z mrtvých všichni vospějí v dokonalého muže, a Pán slibuje křesťanům skrze proroka některé útěšné věci, budou-li bedlivě plnit jeho příkázání. Vždyť i onen křesťanec Ethiope je pro svou ctuost a bezúhonnost od evangelisty Lukáše nazván mužem, když o něm praví: *Ahle, muž Ethiope, křesťanec, mocný dvořan královny Kandaké.*

LVIII Zda má být žena v kostele přítomna s hlavou zahalenou či obnaženou, učí apoštol: *Žena, která se modlí nebo prorokuje s hlavou nepřikrytou, hanobí svou hlavu, neboť je to totéž, jako by si hlavu oholila. Nezakrývá-li si tedy žena hlavu, ať se dá také ostříhat. Je-li však hanba pro ženu dát se ostříhat nebo oholit, ať si zakrývá hlavu. A dále praví: Proto má mít žena na hlavě závoj kvůli andělům, tj. kněžím. A potom ještě dodává: Sami posudte: Sluší se, aby se žena modlíla k Bohu bez závoje? A neučí nás příroda sama, že nechá-li si muž růst dlouhé vlasy, je mu to k necti, ale pěstí-li si žena vlasy, je to pro ni okrasou, neboť vlasy jsou jí dány místo závoje.*

LIX Váš dotaz stran kalhot se nám zdá zbytečný. My si totiž přejeme, aby se u vás změnila nikoli zevní úprava vašich šatů, nýbrž mravy vnitřního člověka, a pátráme ne po tom, čím se

si quisquam quandocumque carnibus vesci affectat, multo magis edere carnes oportet.

LXX Consulendum decernitis, utrum presbyterum uxorem habentem debeatis sustentare et honorare, an a vobis proicere. In quo respondemus, quoniam, licet ipse valde reprehensibilis sit,^{rr} vos tamen Deum convenit imitari, „qui solem suum“, ut evangelium testatur, „oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos“. Deicere vero eum a vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero apostolorum deiecit. Verum de presbyteris, qualescumque sint, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est nec de vita ipsorum quippiam investigandum, sed episcoporum iudicio, quicquid est, per omnia reservandum.

LXXI Sciscitantibus vobis, si a sacerdote, qui sive comprehensus est in adulterio sive de hoc sola fama respersus est, debeatis communionem suscipere necne, respondemus: Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta divina polluere, quae purgatoria cunctarum remedia contagionum existunt, nec potest solis radius per cloacas et latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde, qualiscumque sacerdos sit, quae sancta sunt coinquinare non potest; idcirco ab eo, usque quo episcoporum iudicio reprobetur, communicatio percipienda est, quoniam mali bona ministrando se tantummodo laedunt et cerea fax accensa sibi quidem detrimentum praestat, aliis vero lucem in tenebris administrat et, unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium praebet. Sumite igitur intrepide ab omni sacerdote Christi mysteria,

LXX Chcete vědět, zda máte ženatého kněze vydržovat a mít v úctě, či máte-li ho zahmat od sebe. Na to odpovídáme, že třebas si zaslouží velkého pokárání, sluší se, abyste napodobili Pána, který *dává vycházet slunci svému*, jak svědčí evangelium, *na zlé i na dobré a sesílá déšť na spravedlivé i nespravedlivé*. Zapudit ho od sebe nesmíte proto, že ani Pán nevyloučil Jidáše z počtu apoštolů, ač to byl učeník lživý. Vy však, kteří jste lidé světští, nemáte soudit kněze, aťsi jakékoli, ani nic z jejich života vyšetřovat, ale ať se naskytne cokoli, má to být vesměs vyhrazeno soudu biskupskému.

LXXI Na váš dotaz, zda smíte či nesmíte přijímat nejsvětější svátost od kněze, který byl buď přistížen v cizoložství, nebo se to o něm jen vykládá, odpovídáme: nikdo nemůže, byť byl sebevíc poskrvněn, znesvětit božská tajemství, která jsou očistnými prostředky proti všem nákazám. Vždyť ani sluneční paprsek se nemůže pošpinit tím, že prochází stokami a záchody. Proto ať je kněz jakýkoli, nemůže poskrvnit to, co je svaté. Má se tudíž od něho přijímat nejsvětější svátost tak dlouho, dokud nebude zavržen soudem biskupů, protože zlí, když přísluhují dobrými věcmi, jen sobě škodí. Jako rozžatá vosková svíce sebe sice stravuje, jiným však skýtá světlo ve tmách, a čím jiným prospívá, tím sama trpí úbytek. Proto přijínejte beze strachu tajemství Kristova od každého kněze, poněvadž vírou se vše očisťuje. Víra je to zajisté, která přemáhá tento

^{rr} ipse ... sit Deū: ipsi ... sint P.

quoniam omnia in fide purgantur. Fides est enim, quae vincit hunc mundum, et quia non dantis, sed accipientis sit, docente sancto Hieronimo, ad credendum in omni anima baptismum esse perfectum et in omni sacerdote corpus Christi esse perfectum, qui rursus sacrae Scripturae concordans ait: „Priusquam audias, ne iudicaveris quemquam atque ante probationem accusationis illatae neminem a tua communione suspendas, quia non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminosus.“

LXXII Requiritis, si liceat in vobis patriarcham ordinari. Sed de hoc nil diffinitive respondere possumus, priusquam legati nostri, quos vobiscum mittimus, reversi fuerint et nobis, quae inter vos multitudo sit et unanimitas Christianorum, renuntient. Nam interim episcopum habetote et, cum incremento divinae gratiae Christianitas ibi fuerit dilatata et episcopi per singulas ecclesias ordinati, tunc eligendus est inter eos unus, qui, si non patriarcha, certe archiepiscopus appellandus sit; ad quem omnes concurrant et cuius consilium in causis maioribus praestolentur, id ipsum etiam apostolicis regulis praecipientibus ac dicentibus: Episcopus gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, et nihil amplius praeter eius conscientiam gerant et cetera.

LXXIII A quo autem sit patriarcha ordinandus, interrogatis. Et ideo scitote, quia in loco, ubi numquam patriarcha vel archiepiscopus constitutus est, a maiori est primitus instituendus, quoniam secundum apostolum minus a maiori benedicatur, deinde vero accepta licentia et pallii usu ordinat ipse sibi deinceps episcopos, qui successorem suum valeant ordinare. Vos tamen, sive patriarcham sive archie-

svět, a pak je to věc ne dávajícího, nýbrž přijímajícího, jak učí svatý Jeroným, že k věření je v každé duši křest dokonalý a v každém knězi tělo Kristovo dokonalé. A dále praví v souhlasu s Písmem svatým: „Nikoho nesud, dokud ho nevyslechneš, a nikoho nezamítej ze svého společenství dřív, dokud neprozkoumáš obvinění proti němu vznesené, protože není vždy vinen ten, kdo je žalován, ale kdo je usvědčen, ten je zločinec.“

LXXII Ptáte se, je-li možno, aby byl pro vás vysvěcen patriarcha. Na to vám nemůžeme odpovědět nic definitivního, dokud se nevrátí naši vyslanci, které s vámi posíláme, a neoznámí nám, kolik je u vás křesťanů a jaké je jejich smýšlení. Zatím tedy mějte biskupa, když pak se tam působením milosti boží křesťanství rozšíří a budou vysvěceni biskupové pro jednotlivé diecéze, potom se zvolí jeden z nich, a ten se bude nazývat když ne patriarchou, tedy jistě arcibiskupem, a naň se budou muset všichni obracet a v nejdůležitějších záležitostech od něho čekat rozhodnutí. Tak to též nařizují apoštolská pravidla, která praví: „Biskupi jednotlivých národů mají vědět, koho z nich třeba pokládat za prvního, a toho si mají vážit jako své hlavy a nekonat nic bez jeho vědomí atd.“

LXXIII Tážete se, kým má být vysvěcen patriarcha. Vězte tedy, že v tom místě, kde před tím nikdy nebyl patriarcha nebo arcibiskup ustanoven, má být poprvé dosazen od vyšší instance, neboť podle apoštola *nižší dostává požehnání od vyššího*. Potom však, když bude potvrzen a dostane užívání pallia, sám si vysvětit biskupy, a ti pak mohou vysvětit i jeho nástupce. Ale at by šlo o vysvěcení patriarchy nebo

cf. 115, 4

cf. 104, 5

Can. apost. 35

cf. 116 7, 7

piscopum sive episcopum vobis ordinari postuletis, a nemine nunc velle congruentius quam a pontifice sedis beati Petri, a quo et episcopatus et apostolatus sumpsit initium, hunc ordinari valetis. In quo hic est ordo servandus, ut videlicet a sedis apostolicae praesule sit nunc vobis episcopus consecrandus, qui, si Christi plebs ipso praestante crescit, archiepiscopatus privilegia per nos accipiat et ita demum episcopos sibi constituat, qui ei decedenti successorem eligant. Et propter longitudinem itineris non iam huc consecrandus qui electus est veniat, sed hunc episcopi, qui ab obeunte archiepiscopo consecrati sunt, simul congregati constituent, sane interim in throno non sedentem et praeter corpus Christi non consecrantem, priusquam pallium a sede Romana percipiat, sicuti Galliarum omnes et Germaniae et aliarum regionum archiepiscopi agere comprobantur.

LXXIV Sciscitamine, si coepta oratione nuntius venerit de hostibus ac ideo ipsam orationem consummare nequiveritis, quid vobis agendum sit. Quid aliud utique, nisi ut bonum, quod coepistis, quocumque vos perrexisse contigerit, perficiatis? Nam non est Christianus unus locus orationis, sicut Iudaeis erat Hierosolymis et veluti Samaritanis in monte Garizim, sed in omni loco, quemadmodum et apostolus ait: „Volo ergo viros orare in omni loco levantes puras manus.“ Praeterea qui in bono opere perseveraverit in finem, hic salvus erit, praecipue eo tempore, quando contra inimicorum itur incursum; et oratione, sicut iam supradiximus, magis quam armis expectari debet ab hoste triumphus.

LXXV Iudicium poenitentiae, quod postulatis, episcopi nostri, quos in patriam vestram misimus, in scriptis secum utique deferent, aut certe episco-

arcibiskupa, vy byste nemohli nikoho vhodněji o to požádat, aby jej pro vás vysvětil, než velekněze na stolci blaženého Petra, od něhož má svůj počátek i biskupská hodnost i apoštolát. Při tom třeba zachovat tento postup: nyní bude pro vás správcem apoštolské stolice vysvěcen biskup a ten, rozmnoží-li se jeho přičiněním počet křesťanů, obdrží od nás výsadu arcibiskupství, a pak si sám ustanoví biskupy, kteří po jeho smrti si zvolí jeho nástupce. Pro velkou vzdálenost nemusí se již ten, kdo byl zvolen, dostavit sem, aby byl vysvěcen, ale ať se biskupi od zemělého arcibiskupa vysvěcení všichni shromáždí a jej ustanoví. Ovšem zatím nebude moci zasednout na svůj trůn ani nikoho světit kromě těla Kristova, dokud nedostane od římského stolce pallium, podobně jak to uznávají za dobré činit všichni arcibiskupi Gallie, Germanie a jiných krajů.

LXXIV Ptáte se, co máte dělat, přijde-li na počátku modlitby zpráva o nepřítelích, takže vám nelze modlitbu dokončit. Co věru jiného než začatý dobrý skutek dovršit, ať budete muset spěchat kamkoli? Vždyť pro křesťana není jen jedno místo modlitby, jako bylo pro Židy v Jeruzalémě nebo pro Samaritány na hoře Garizim, nýbrž na všech místech, jak praví též apoštol: *Přeji si, aby mužové všude pozvedali k modlitbě ruce čisté.* Mimo to kdo v dobrém skutku setrvá až do konce, ten bude spasen, zvláště tenkrát, kdy se táhne proti útokům nepřátel. A jak jsme již shora řekli, vítězství nad nepřitelem má se spíš očekávat od modlitby než od zbraní.

LXXV Písemnou příručku pro soud penitenciální, o kterou žádáte, přinesou s sebou na všechn způsob naši biskupové, které jsme poslali do vaší vlasti,

1 T 2, 8

cf. Mt 10, 22

pus, qui in vobis ordinabitur, hoc, cum oportuerit, exhibebit; nam saeculares tale quid habere non convenit, nimirum quibus per id quemquam iudicandi ministerium nullum tribuitur.

LXXVI Similiter et de codice ad faciendas missas asserimus.

LXXVII Refertis, quod Graecorum quibusdam codicem accipientibus in manibus clausum unus ex eis accipiens parvissimam particulam ligni hanc intra ipsum codicem condat et si undecumque aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirmant scire se posse quod cupiunt. Vos vero consulitis, si sit hoc tenendum an respuendum. Utique respuendum; scriptum est enim: „Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas.“

LXXVIII Enarratis, quod populus ille, qui propter Christianam religionem ad occidendum vos insurrexerunt, poenitentiam agere voluerit, et sacerdotes illi, qui inter vos advenae sunt, hanc recipere recusarint; nunc autem requiritis, quid de eis agendum sit. Si, quemadmodum asseritis, sponte poenitentiam agere volunt, non sunt prohibendi, sed per omnia poenitentiae summittendi, quam episcopus vel presbyter ordinatus ab illo consideraverit; nam non suscipere poenitentes non est catholicorum, sed Novatianorum.

LXXIX Perhibentes, quod moris sit apud vos infirmis ligaturam quandam ob sanitatem recipendam ferre pendente sub gutture, requiritis, si hoc agi nos de cetero iubeamus. Quod non solum agi non iubemus, verum etiam ne fiat, modis omnibus inhibemus; huiusmodi quippe ligaturae phylacteria daemonicis sunt inventa versutiis et animarum hominum esse vincula com-

anebo se jistě, až bude třeba, postará o ni ten biskup, který bude u vás vysvěcen, neboť se nesluší, aby něco takového měli lidé světšší, kterým se samozřejmě tím nepropůjčuje žádné oprávnění někoho soudit.

LXXVI Podobně to platí o knize mešní.

LXXVII Podáváte zprávu o tom, jak někteří z Řeků vezmou do rukou zavřenou knihu, jeden z nich pak uchopí malinké dřívko a vetkne je do této knihy, a vznikla-li o něčem pochybnost, možno prý se takto, jak ujišťují, dovědět, co si kdo přeje. A vy se tážete, můžete-li se toho přidržet, či zda to máte zamítnout. Ovšemže zamítnout, neboť je psáno: *Blažený muž, jehož nádejí je slovo Páně, a který nedbá na marnosti a jalové zřeštěnosti.*

P. 39, 5

LXXVIII Vypravujete, že ti lidé, kteří kvůli křesťanskému náboženství proti vám povstali a chtěli vás zabít, rádi by dělali pokání, ale že ti kněží, kteří k vám přišli, odepřeli je přijmout. Nyní se tážete, jak s nimi naložit. Chtějí-li, jak ujišťujete, konat dobrovolné pokání, nemá se jim v tom bránit, ale musí se ve všem podřídít pokání, jež biskup nebo kněz jím vysvěcený uzná za dobré, neboť nepřijmout kajícíky není vlastností katolíků, ale novaciánů.

LXXIX Tvrdíte, že u vás je zvyk, aby nemocní nosili kvůli uzdravení jakousi pásku visící pod krkem, a ptáte se, zda schvalujeme, abyste tak nadále činili. Nejen že to neschvalujeme, ale na každý způsob vám to zakazujeme. Neboť takovéto pásky (amulety) jsou vynálezy dábelké zchytralosti, a jak je dokázáno, jsou to okovy lidských duší. Proto apoštolské dekrety při-

probantur, ac ideo his utentes anathemate apostolica decreta percussos ab ecclesia pelli praecipunt.

Hb 12, 14

R 12, 18

LXXX Cum generatione, quae pacem vobiscum habere quaerit, quomodo ad alterutrum pacem firmare et custodire debeatis, inquiritis. Quaecumque gens vobis pacem offerre voluerit, vos nolite renuere; scriptum quippe est: „Pacem sequimini cum omnibus,“ et rursus: „Cum omnibus hominibus pacem habentes.“ Ubi „omnibus“ sonat, nemo a mutua pace prorsus excipitur. Quomodo vero ipsa sit pax cum huiusmodi firmanda vel custodienda, nisi gentis, cum qua pax ineunda est, mores et verba praenoscamus, facile diffinire non possumus. Verumtamen quia est laudabilis pax, est et pernicioosa, providendum est, ut in omni pacto Christus praeponatur, ita ut lege ipsius et praecipue fide illaesa persistente foedus, quod in invicem pangitur, permaneat incorruptum. Quam autem pacem sectari debeatis, Dominus manifestat, cum dicit: „Pacem meam do vobis;“ cum eo igitur, qui pacem Christi non habet, nec nos communionis habere pacem debemus, sed nec cum illo, qui pacem idcirco postulat, ut liberius nociva committat.

I 14, 27

LXXXI Perconctati estis, si cum generatione, quae Christiana est, foedus interposito ex utraque parte iureiurando feceritis, et post haec illi pactum dirumpere et super vos insurgere voluerint, utrum et vos adire contra eos audeatis an aliud quid agere debeatis. Verum omnis est necessitas toleranda magis quam a nobis quaelibet iniquitas perpetranda; proinde foedus, quod pangitis, nulla est occasione violandum, nisi forte in confirmandi foederis ipsius articulo interpositum est, quatenus sic una pars id foret observatura pactum, si pars hoc altera nulla tergiversatione violasset. Siquidem a Christiano genus

kazují, aby ti, kdo jich užívají, byli stížení klatbou a vyhnáni z církve.

LXXX Tázete se, jak byste měli upevnit a ochránit mír s národem, který se snaží s vámi žít v míru. Když by vám chtěla některá země nabídnout mír, neodmítejte jej, neboť je psáno: *Usilujte o pokoj se všemi* a jinde: *Žijte v pokoji se všemi lidmi*. Poněvadž se tu praví *se všemi*, není naprosto nikdo vyňat z tohoto vzájemného pokoje. Avšak jak by se měl mír sám s takovými lidmi upevnit a ochránit, nedá se snadno určit, dokud se dřív neseznáme s mravy a řečmi národa, s nímž se má mír uzavřít. Ale poněvadž je mír chvályhodný a také mír zhoubný, třeba se postarat o to, aby v každé smlouvě byla dána přednost Kristu tak, aby byl neporušeně uchován jeho zákon a zvláště víra, a při tom zůstala nedotčena i úmluva, která se mezi oběma stranami uzavírá. O jaký mír byste měli usilovat, naznačuje Pán, když praví: *Pokoj svůj dávám vám*. S tím tedy, kdo nemá mír Kristův, nemáte ani vy mít společný mír, ale též ani s tím, kdo žádá o mír proto, aby mohl tím snáze působit škodu.

LXXXI Tázali jste se, zda byste se mohli opovážit napadnout národ, který je křesťanský a s nímž jste uzavřeli oboustrannou smlouvu stvrzenou přísahami, když by on potom tuto dohodu porušil a chtěl povstát proti vám, nebo co byste měli jiného dělat. Nuže, spíš třeba snést všechno nejhorsí, než se dopustit jakéhokoli bezpráví. Proto smlouva, kterou jste uzavřeli, se nesmí za žádných okolností porušit, leda by snad do samé smlouvy, která měla být potvrzena, byl vložen článek, že jedna strana bude tu smlouvu zachovávat potud, pokud ji druhá strana nějakými vytáčkami neporuší. Neboť křesťan se

omne mendacii summopere declinandum est propter illud, quod Deo dicitur: „Perdes omnes, qui loquuntur mendacium,“ et iterum: „Os, quod mentitur, occidit animam,“ et apostolus: „Nolite,“ ait, „mentiri invicem.“ Iam vero si illi postposito iuramento disruptoque foedere contra vos insurrexerint, quid vos oporteat agere, episcopus vester a vobis inquisitus respondeat, qui iuxta positus et circumstantiam rerum et temporum qualitatem et mores personarum et iustitiam partium clare cognoscens quod congruentius et salubrius esse perspexerit tunc facilius poterit indicare et, quid agi conveniat, cuncta praenoscens vobis pleniter intimare. Verum nos interim rebus incognitis satius admonemus, ut semper rogetis ea, quae pacis sunt.

LXXXII Cum paganis autem quod sit Christiano pactum faciendum, apostolus indicat, qui nullam communionem luci ad tenebras, Christi ad Belial, fidei cum infidei dat intellegi debere prorsus existere. Verum si eo fidelis animo pactum cum infidei constituit, ut eum ad cultum veri Dei possit attrahere, non est prohibendum, quandoquidem apostolus etiam matrimonium, quod ex fidei constat et infidei, non inhibet permanendum, et Moyses cognatum suum ad Dei veri notitiam trahere volens eius societatem non aspernatur, sed comitatu suo duce fore summopere deprecatur. Inveniuntur autem nonnulli sanctorum et fidelium cum alienigenis et infidelibus pacta et amicitiae foedera contraxisse diversa, sed eos non tamquam infidelitatem eorum et superstitionem adprobantes coluisse, sed tamquam in angarias diversis usibus implicasse et praecipue in terrenis eos quaestibus et servilibus occupasse.

LXXXIII Si liceat vobis de criminalibus peccatis aliquem iudicare, consuli-

musi vystřihat všeliké lži kvůli tomu, co bylo řečeno od Boha: *Zahubíš všechny, kteří mluví lež, a jinde: Ústa, která lžou, zabijejí duši, a co praví apoštol: Nelžete jedni na druhé. Ale nebudou-li oni dbát přísahy a poruší-li smlouvu a povstanou proti vám, otažte se vašeho biskupa, a ten ať vám poví, co byste měli dělat. Ten zná zblízka místní i časové okolnosti, povahu osob i spravedlivost stran, a bude vám moci zajisté snáze naznačit, co poldává za vhodnější a prospěšnější, a po zralé úvaze všeho plně oznámit, co by se patřilo udělat. My tedy prozatím, poněvadž neznáme stav věci, spíše vás napomínáme, abyste vždycky navrhovali to, co je ku pokoji.*

Ps 5, 7
Sap 1, 11

G 3, 9

Cf. R 14, 19

LXXXII Jakou smlouvu by měl učinit křesťan s pohany, naznačuje apoštol, který dává na srozuměnou, že *světlo vůbec nemá mít nic společného s tmou, Kristus s Belialem, věřící s nevěřícím. Ale uzavře-li věřící s nevěřícím smlouvu s tím úmyslem, aby ho získal pro uctívání pravého Boha, tomu netřeba bránit. Vždyť apoštol též nezamezuje trvání manželství mezi věřící a nevěřícím. A Mojžíš rovněž chtěje svého příbuzného přivést k poznání pravého Boha, nepovrhl jeho společnosti, ale velmi ho prosil, aby byl vůdcem jeho družině. Stávalo se též, že svatí a věřící uzavřeli spolek a přátelskou smlouvu s cizinci a nevěřícími, ale hleděli si jich ne proto, že by schvalovali jejich nevěru a pověrčivost, nýbrž zavázali si je různými výhodami jakoby k jakési robotě a zaměstnávali je zvláště v pozemkových a otrockých živnostech.*

Cf. 2 C 6, 14

Cf. 1 C 7, 13

Cf. Ex 18

LXXXIII Tázete se, zda je vám dovoleno někoho soudit pro zločinné

sunt cum his similibus, quae requiruntur ab homine. Monachicum autem habitum induere ac vitam remotam ducere non nisi a spondente divinitus exiguntur. Unde, quisquis vim intulerit alicui, ut monachicum habitum et vitam remotiorem, quam non optavit nec elegit, assumat, hic tamquam violentus peccatum evadere non valet; et, quoniam quod agitur ex accipientis voto non venit, nec accipiens religiosum habitum inde mercedem habet nec inferens crudelitatis suae iudicio carebit.

LXXXVIII Pro parentibus vestris, de quibus consultis, qui infideles mortui sunt, propter peccatum incredulitatis orare non licet, secundum illud Iohannis apostoli dicentis: „Est peccatum ad mortem, non dico, ut oretur pro eo;“ peccatum quippe ad mortem est in eodem peccato morientibus.

LXXXIX Fruges novas et rerum offerre primitias etiam veteribus moris erat, quod pene in ipso initio mundi Abel et Cain egisse legimus.

XC Animalia sive volatilia, si sine ferro mactentur et solo ictu hominis percussa moriantur, si liceat comedi, seiscitamini. De hoc sanctus Augustinus contra Faustum Manicheum pleniter scripsit, de cuius verbis nos modicum quid nunc propter prolixitatem tangimus: „Ubi“ inquit, „ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis iam hoc Christianus observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a cervice percussus nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris irridentur. Ita omnium animos in hac re tenuit illa sententia Veritatis: „Non quod intrat in os vestrum, vos coinquinat, sed quod exit.“

Tyto a jim podobné ctnosti se vyžadují od každého člověka. Ale obláci řeholní roucho a vést život v ústraní žádá se jen od toho, kdo se k tomu z božského vnuknutí zavázal. Proto ten, kdo někoho přinutí, aby na sebe vzal řeholní roucho a život víc skrytý, po němž netoužil ani si ho nezevolil, ten jakožto násilník nemůže být prost hříchu. A ponevadž, co se tu děje, nepochází z dobré vůle přijímajícího, ani ten, kdo řeholní roucho přijal, nebude za to odměněn, ani ten, kdo mu je vnutil, neujde soudu za svou krutost.

LXXXVIII Za vaše rodiče, zemřelé v nevěře, na něž se tážete, není dovoleno se modlit pro hřích nevěry podle výroku apoštola Jana ěkoucího: *Je hřích, který vede k smrti, o tom nepravím, aby někdo zaň prosil.* Hřích k smrti je totiž u těch, kdo umírají v tomto hřichu.

LXXXIX Obětovat nové plodiny a prvotiny z věcí bylo též obyčejem předků, a jak čteme, činili tak Abel a Kain na samém počátku světa.

XC Rádi byste věděli, zda je dovoleno jíst zvířata nebo ptáky, jestliže byli zabiti člověkem bez nože pouhým úderem rány. O tom psal důkladně proti manichejci Faustovi svatý Augustin, z jehož obšírného výkladu připomeneme jen něco málo. Praví tam: „Kde se mezi pohany církve vytvořila tak, že se v ní nevyskytuje žádný Izraelita rodem, kterýpak křesťan ještě zachovává příkaz nepožívat kvíčal nebo menších ptáků leda těch, z kterých vytekla krev, nebo nejíst zajíce zabitého bez krvácení ranou do týlu, a jsou-li ještě nějakí takoví lidé, kteří se bojí to jíst, ostatní se jim smějí. Do té míry se již všichni v té věci řídí oním výrokem Pravdy: *Ne to, co vchází do vašich úst, vás poskvřňuje, ale co z nich vychází.*“

1 I 5, 10

Cf. Gn 4,
3-4

Mt 15, 11

XCI Neque quod Christianus persequitur et a pagano percutitur et occiditur animal neque quod paganus persequitur et Christianus occidit, a Christiano comedendum est, ne videlicet fidelis cum infideli saltem in modico communicasse videatur; „quae enim pars fidei cum infideli?“ Et rursus propter conscientiam non fidelis utique, sed infidelis, gloriantis scilicet se, quod sibi a Christiano fuerit communicatum, ac per hoc autumantis, eo quod non fuerit a fidei spretus, quod vanitas erroris sui a Christiano extiterit approbata.

XCII Desideratis nosse, quot sint veraciter patriarchae. Veraciter illi habendi sunt patriarchae, qui sedes apostolicas per successiones pontificum optinent, id est qui illis praesunt ecclesis, quas apostoli instituisse probantur, Romanam videlicet, Alexandrinam et Antiochenam. Romanam, quam sanctorum principes apostolorum Petrus ac Paulus et praedicatione sua instituerunt et pro Christi amore fuso proprio sanguine sacraverunt; Alexandrinam, quam evangelista Marcus discipulus et de baptisate Petri filius a Petro missus instituit et domino Christo cruore dicavit; Antiochenam, in qua conventu magno sanctorum facto primum fideles dicti sunt Christiani et quam beatus Petrus, priusquam Romam veniret, per annos aliquot gubernavit. Constantinopolitanus autem et Hierosolymitanus antistites, licet dicantur patriarchae, non tantae tamen auctoritatis quantae superiores existunt. Nam Constantinopolitanam ecclesiam nec apostolorum quisquam instituit nec Nicena synodus, quae cunctis synodibus celebrior et venerabilior est, eius mentionem aliquam fecit, sed solum, quia Constantinopolis nova Roma dicta est, favore principum potius quam ratione patriarcha eius pontifex appellatus est; Hierosolymitanus autem praesul, licet

XCI Křesťan nemá jíst ani zvěř, kterou křesťan štve a pohan zabije, ani kterou pohan štve a křesťan zabije, aby se totiž nezdálo, že věřící byt v malém obcuje s nevěřícím: *Jaképak dělení mezi věřícím a nevěřícím* —, a potom kváli svědomí, ne ovšem věřícího, ale nevěřícího, který se chlubívá tím, že se křesťan s ním stýká, a poněvadž věřící jím nepohrdl, domnívá se, že tím byla křesťanem schválena prázdnota jeho bludu.

XCII Přejete si vědět, kolik je ve skutečnosti patriarchů. Za skutečné patriarchy třeba pokládat ty, kteří zaujmají apoštolské stolce biskupskou posloupností, tj. kteří jsou včele církví, o nichž je dokázáno, že byly založeny od apoštolů, totiž římská, alexandrijská a antiochijská: římská, kterou knížata apoštolská Petr a Pavel založili svým kázáním a posvětili krví prolitou z lásky ke Kristu; alexandrijská, kterou založil evangelista svatý Marek, Petřův žák a na křtu syn, poslaný tam od Petra, a kterou svou krví zaslíbil Kristu Pánu; antiochijská, v níž na velkém shromáždění svatých věřících ponejprv byli nazváni křesťany a kterou blažený Petr, než přišel do Říma, po několik let spravoval. Biskupové cařihradský a jeruzalémský, třebaže se nazývají patriarchy, nemají takovou vážnost jako tito dřívější. Vždyť cařihradskou církev nezaložil ani žádný z apoštolů ani se o ní neděje zmínka na sněmu nicejském, ze všech církevních sněmů nejslavnějším a nejváženějším; jeho biskup byl nazván patriarchou spíše z přízně panovníkovy než z nějakého věcného důvodu jen proto, že se Cařihradu říkalo Nový Řím. Jeruzalémský biskup pak, třebaže se mu též říká patriarcha a podle dávného obyčeje a nicejského sněmu má mu být prokazována čest

2 C 6, 15

Cf. A 11, 26

et ipse patriarcha dicatur et secundum antiquam consuetudinem ac Nicenam synodum honorandus sit, salva tamen metropoli propria dignitate, sed et in eadem sancta et magna synodo nequaquam Hierodolymitanus, sed Heliae episcopus dicitur. Nam vera Hierusalem tantum in caelis est, quae est mater nostra; illa vero Hierusalem terrestris, secundum quod Dominus praedixit, adeo funditus ab Helio Hadriano imperatore Romano destructa est, ut in ea nec lapis super lapidem sit derelictus, et ab eodem Helio Hadriano in alio est loco constructa, ita ut locus dominicae crucis extra portam nunc intra cernatur et a praedicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocitetur.

cf. G 4, 26

cf. Mt 24, 2

XCIII Porro quis patriarcharum secundus sit a Romano, consultitis. Sed iuxta quod sancta Romana tenet ecclesia et Niceni canones innuunt et sancti praesules Romanorum defendunt et ipsa ratio docet, Alexandrinus patriarcharum a Romano papa secundus est.

XCIV Graecos dicere perhibetis, quod in illorum patria chrisma oriatur et ab illis per totum mundum tribuatur, et ideo nosse desideratis, si verum sit. Sed iam credimus, quod vestra sollertia, quam verum non sit, animadvertit.

XCV Quid de his agendum decernamus, qui pro quibuscumque culpis ad ecclesiam fugiunt, requiritis. Sed quamvis ea sacri canones, quae leges mundanae sanciant, custodienda flagitent et leges circa quosdam in misericordes appareant, nos tamen, qui non spiritum huius mundi suscepimus, si quisquam ad ecclesiam fugerit, non illum, nisi sua voluerit sponte, ab ea dicimus educendum. Denique si quondam latrones et diversorum criminum rei ad asylum templum Romuli fugientes indemnitate consequerentur, quanto potius

cf. 1 G 2, 12

a má si podržet vlastní svou hodnost metropolitý, ale na témž svatém a velikém sněmu nebývá nazýván biskupem jeruzalémským, nýbrž aelijským. Neboť onen pravý Jeruzalém, který je naší matkou, je toliko v nebesích, onen pozemský Jeruzalém však podle předpovědi Páně tak byl z kořene vyvrácen od římského císaře Aelia Hadriana, že v něm nezůstal kámen na kameni, a byl od téhož Aelia Hadriana zbudován na jiném místě. Proto místo ukřižování Páně za branou octlo se uvnitř tohoto města, které se po zmíněném Aeliu Hadrianovi nazývá městem Aeliovým.

XCIII Dále se ptáte, který z patriarchů je druhý po římském. Nuže podle zásad římské církve a podle toho, co naznačují kánony nicejského sněmu a co hájí biskupové římské i čemu nás učí rozum, druhým patriarchou po římském je alexandrijský.

XCIV Podle vašich zpráv Řekové tvrdí, že v jejich zemi vyvěrá křížmo a oni že je rozdílejí do celého světa, a přejete si vědět, zda je to pravda. Myslíme však, že jste se sami dovědli, že to pravda není.

XCV Tážete se, jak naložit s těmi, kteří pro nějaká svá provinění se utečou do chrámu. Posvátné kánony sice trvají na tom, aby se zachovávalo to, co nařizují světské zákony, ale zákony ty jsou vůči některým zřejmě nemilosrdné. My, kteří jsme nepřijali ducha tohoto světa, tvrdíme naopak, že utekl-li se kdo do chrámu, nemá být z něho vyveden leda dobrovolně, když by chtěl. Zkrátka, jestliže kdysi lupiči a různí zločinci, kteří se utekli pod ochranu svatyně Romulovy, dosáhli beztrestnosti, tím spíše mají získat

hi, qui ad templum Christi confugium faciunt, delictorum remissionem suorum adipisci debent et iam sibi a suspecto iuramento praestito omni pristinae securitati restitui.

XCVI Quicquid mulier tua contra te cogitaverit aut fecerit vel si te accusaverit, non est excepta causa fornicationis reicienda vel odio prorsus habenda. Quae est apostolo praecipiente, sicut a Christo ecclesia, diligenda. Quantum autem hereticorum ore Christus et accusatur et in gentibus blasphematur, sed hos interim perversa praedicantes tolerat et resipiscentes a misericordiae gremio non repellit.

XCVII Similiter et de servo qui dominum suum apud principes accusat, custodiendum est, cui secundum apostolum a domino suo etiam minae sunt remittendae. Sed quid de servo dicimus, quando Dominus generaliter omnibus et de omnibus praecipit: „Dimittite,“ inquit, „et dimittetur vobis,“ et apostolus: „Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat;“ ubi enim „alicui“ interposuit, etiam servum comprehendit. Iam si non omnes comprehendisse dicis, audi quod sequitur: „Sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes.“

XCVIII Si sit sepeliendus, qui se ipsum occidit vel si sit pro eo sacrificium offerendum, requiritis. Sepeliendus est quidem, ne viventium odoratum molestiam ingerat; non tamen est, ut aliis pavor inestatur, solito cum obsequiis more ad sepulchra ferendus, sed et, si qui sunt, qui eius sepulturae studio humanitatis obsequuntur, sibi, non illi, qui sui exititit homicida, praestare videntur. Sacrificium vero pro eo non est offerendum, qui non solum ad mortem usque peccavit, sed et mortis

odpuštění svých přečinů ti, kteří hledají útočiště v chrámu Kristově, a když jim knězem bylo uděleno po složení přísahy kanonické odpuštění, má jim být vrácena veškerá dřívější bezpečnost.

XCVI I kdyby žena tvá proti tobě cokoli obmyslela nebo dělala nebo tě obžalovala, nemá se proto zapuzovat vyjma případ cizoložství ani se nemá z celé duše nenávidět, a jak apoštol přikazuje, má být milována tak jako církev Kristem. Jak nestoudně bývá Kristus od kacířů obviňován a od pohánů tupen, ale on je trpí, zatímco hlásají bludy, a když přijdou k rozumu, neodepře jim svého láskyplného milosrdenství.

XCVII Podobně se třeba zachovat i k otroku, který obviňuje svého pána u vrchnosti, neboť podle apoštola má pán vůči němu i hrozeb zanechat. Ale proč to říkáme o otroku, když Pán vůbec všem a o všech přikazuje: *Odpuštějte, dí, a bude vám odpuštěno, a apoštol: Hleďte, at nikdo nesplácí nikomu zlým za zlé? Když tedy užil slova nikomu, zahrnul sem též otroka. A tvrdíš-li, že nezahrnul všech, poslyš, co následuje: ale vždycky usilujte o to, co je dobré pro vás vespolek i pro všechny.*

XCVIII Ptáte se, má-li se pohřbít sebevrah nebo má-li se zaň sloužit mše. Třeba ho ovšem pohřbít, aby jeho zá-pach nebyl živým na obtíž, ale aby se jiní zastrašili, nemá být nesen do hrobu obvyklým způsobem s obřady. I když se však někteří zúčastní z lidské přičynosti jeho pohřbu, prokazují to, jak se zdá, sobě a ne jemu, který se stal sám svým vrahem. Mše se ovšem nesmí zaň sloužit, poněvadž nejen že hřešil až k smrti, ale i sám si připravil smrtelnou záhubu. Vždyť kdo se víc dopouští

cf. Mt 5, 32

cf. R 5, 26-29

cf. R 2, 24

cf. E 6, 9

1 G, 37
1 Th 5, 16

cf. I I 5, 10
cf. Mt 27, 5

sibimet interitum propinavit. Quis enim magis peccatum ad mortem facit, pro quo Iohannes apostolus non dicit orandum, quam is, qui Iudam imitatus sui ipsius homicida fuisse magistro diabolo comprobatur?

Dial. I. IV, c. 50

XCIX Si est Christianus intra ecclesiam sepeliendus, inquiritis. Hanc sanctus papa Gregorius quaestionem absolvit dicens: „Cum gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesiis sepeliantur, quod eorum proximi, quotiens ad eadem sacra loca conveniunt, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur et pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad absolutionem potius quam ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in ecclesiis ponuntur.“

cf. Ex 13, 10

C Qui in proelio defunctus fuerit, utrum reportandus ad propria sit, si parentes eius aut socii eius voluerint, ex praecedente capitulo potestis colligere. Si quidem idcirco, si voluerint propinqui ad propria reportandus est mortuus, ut eius cumulum intuentes e proximo recordentur ipsius et pro eo Domino preces fundant. Nam et sanctum Ioseph tale quid de ossibus suis obituum mandasse sacra prodit historia.

L c, 30
Mt 5, 45
G a, 10

CI Quibus elemosyna eroganda, investigatis. Quod Dominus in evangelio manifeste demonstrat dicens: „Omni petenti te da“, et iterum patrem memorans ait: „Qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos“, et apostolus: „Dum“, inquit, „tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei“, id est Christianos. Veruntamen est in elemosyna facienda quidem ordo discretionis observandus, quem nos pleniter exponere studio nunc brevitatis omit-

hřichu, který vede k smrti a za který se nemáme modlit, jak praví apoštol Jan, ne-li ten, o němž je dokázáno, že napodobil Jidáše a že z návodu ďáblova se stal svým vrahem?

XCIX Tážete se, mají-li se křesťané pohřbívati uvnitř v kostele. Tuto otázku rozřešil papež svatý Řehoř, jenž praví: „Nejsou-li zemřelí obtíženi těžkými hřichy, mají z toho prospěch, jsou-li pohřbíváni v kostelích, neboť kdykoli se jejich příbuzní scházejí na těchto posvátných místech, rozpomínají se na ně při pohledu na jejich hroby a vylévají za ně své prosby před Pánem. Ovšem těla těch, kteří jsou obtíženi těžkými hřichy, ukládají se v kostelích ne na odpuštění, ale na větší tíhu zavržení.“

C Zda má být ten, kdo zemře v bitvě, odnesen nazpět do svého domova, přejí-li si to jeho rodiče a přátelé, můžete posoudit z toho, co je řečeno v předešlé kapitole. Tudíž přejí-li si to příbuzní, má být nebožtík donesen zpět domů, aby jeho nejbližší přátelé při pohledu na jeho hrob si naň vzpomínali a vysílali zaň modlitby k Pánu. Vždyť také svatý Josef, jak vyprávějí posvátné dějiny, nařídil před svou smrtí něco takového o svých kostech.

CI Chcete mít jasno o tom, komu se má udílet almužna. Pán to v evangeliu zřetelně naznačuje, když praví: *Každěmu, kdo tě prosí, dej*, a jinde připomíná Otce a říká: *ten velí slunci vycházet na zlé i na dobré a dešť sesílá na spravedlivé i nespravedlivé*, a apoštol učí: *Dokud máme čas, prokazujme dobro všem, především souvěrcům*, tj. křesťanům. Nicméně má se při udílení almužny z opatrnosti zachovávat jistý řád, který při své snaze o stručnost opomíjíme zde úplně vykládat. Ale především si určíme, co to slovo zna-